mentum C. ne rei do. vel templo. l. vniuersitas. nisi domino concedente: vt ff. de seruitu. rusticor. prædiorum. l. cum esset. §. fina. Et idem in emphyteuta, præsertim cum persona prohibita. ff. de verborum obligationibus. l. si ita quis. §. eadem lege. in glo. Bald. ¶ Rector ecclesiæ potest compromittere de tit. suo, non de bonis ecclesiæ. versicu. sed nunquid clericus. vide infr. eod. §. fina. in fin. ¶ Compromissa personalia sunt, cum processus factus sit probatorius: & tunc sententia transit ad hæredem. in §. differt. versic. 2. vide infra. eo. §. an arbitrator. & §. præceptum. & infra. §. proximo. ¶ Confessio famosa coram arbitro non infamat: quia non est facta in vero iudicio. not. ff. de infami. l. quid ergo. §. ex compromisso. ¶ Item quia confessio & sententia sunt duo proportionabilia: & si sententia non infamat, nec confessio: vt ibi notatur. quod est notatu dignum. Bald. ¶ An arbitramentum finiatur morte compromittentis. §. igitur. versic. sed nunquid. G. Vide ff. de lega. 3. l. si fic. §. fina. per Iacobum de Aret. ¶ Arbitramentum est sententia, vel laudum. Compromissum est conuentio partium. Vnde primum transit ad hæredes. ff. eo. l. quamuis. Secundum non, nisi id fuerit actum. eo. titu. capitu. vltimo. quia multum sic vsitatur. Dicitur arbitrium arbitrandi potestas. Ioan. in additionibus. in §. arbiter. versic. est autem differentia, secundum quosdam. Vbert. dixit, quòd compromissum in arbitratorem non est proprie compromissum: sed quoddam pactum. G. f. super contractu: sed super lite est verum compromissum. Et hoc facit ad statutum Perusij, quo cauetur, quod non valeat compromissum, nisi in præsentem & acceptantem. Nam si de lite compromittitur, habet locum statutum. Si autem in declaratione contractus, non habet locum statutum, sed ius commune, & sic valet. Nam verba statuti sunt stricte intelligenda & proprie. ¶ Item valet, si tertius arbiter eligatur per primos duos. Nam valet electio in absentia: quia ista electio non est compromissum infra. eo. §. sequitur. versic. sed nunquid iste tertius. per G. ¶ Ante litem contestatam coram arbitro sunt compromissa perpetua: sed lite contestata finiuntur triennio, secundum Azo. non vi triennij, sed vi desertionis. Nam vi triennij sola instantia, non conuentio expirat: vt not. in l. item si vnus. §. j. ff. de arb. De hoc in §. differt. versic. item, vt infra. ¶ Coram arbitratore autem non cadit instantia: ergo nec eremodicium: vt not. supra. eod. §. in arbitramentum. ¶ An arbitrator possit apponere conditionem: vt, Condemno te ad restitutionem. capi. habito pretio: cum de pretio, non esset compromissum? Et sentit quod sic. secus in arbitro. in §. excipitur. versic. sed pone quod liti. G. & C. de sent. l. cum eorum. & l. cum iudex. ff. de rei ven. l. in fundo. in fin. Sed ibi loquitur coram iudice, qui non habet iurisdictionem coarctatam. Hac ratione videtur, quod arbitrator possit admittere compensationem, de qua non est compromissum expresse: quia potest componere inter partes, & quia compensatio est imaginaria solutio. & quia fundatur in æquitate, & quia est similis exceptioni doli. de distra. pigno. l. & si debitor. & ff. de adminis. tuto. l. inter tutores. & Institu. de act. §. in bonæ fidei. In contrarium facit, quia habet instar reconuentionis. C. de compens. l. neque. quæ non potest fieri coram arbitro. extra. de arbitris. capitu. cum dilectus. Item quia est quæstio, quæ potest examinari seorsum a principali, nec est rescissoria, neque contigua: ergo nec ueniet, ex quo non fuit plenum, id est, generale compromissum: vt l. si cum dies. §. plenum. Item ex communicatus potest excipere: & tamen nó potest compensare. ext. de iudic. cap. intelleximus. quia non est mera defensio. Et pro hoc facit quod Bald. not. in l. quoniam Alexandrum. C. de adult. ¶ Item compromissa suæ stricti iuris. & non prorogantur. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. illud. Et ad hoc facit quod not. infra. de recus. §. effectus. versic. item quid si vna solutio. Aut compensatio nascitur ex eadem causa: vt ff. pro so. l. de illo & tunc potest opponi: ut ff. famil. erciscun. l. Mæuius. §. arbiter. Aut ex alia causa: & tunc coram mero arbitro non potest opponi: nec potest incidere coram eo: sed arbitrator, si vult, potest conditionaliter absoluere, ut, Absoluo te ab vndecim, de quibus est compromissum, si tu absoluis aduersarium tuum a totidem, de quib. compensatio opponitur. Iubere enim de eo, de quo non est compromissum, non potest, sed conditionem adijcere, suadente æquitate. & sic iudex quoque appellationis cognoscit de compensatione primo non obiecta. infra. de appella. §. penul. versicu. sed nunquid in causa. vbi uideas. Nec per prædicta nego arbitros de exceptionibus cognituros: nam de omnibus exceptionibus, sine quibus non potest rite & recte procedi, uel recte iudicari, cognoscunt: vt de dilatorijs & peremptorijs. ff. eod. l. non distinguemus. §. finis. Sed exceptio compensationis non respicit iniquitatem pronunciationis: nec intrinsecus venit, sed extrinsecus. Nam in ea non de æquitate libelli, sed de æquitate exceptionis disputatur, quod longe distat a facto principali, de quo fuit compromissum. ¶ De beneficio autem diuisionis cessionis, & excussionis cognoscit: quia moratoria exceptio, & quælibet potest opponi coram arbitro, sicut & coram iudice. Non enim, qui compromittit, sua iura perdit, nec suas exceptiones: sicut nec actor suas actiones. Neuter enim sua arma perdit compromittendo: imo uterque se armat ad bellum ciuilis discriminis ingressurus. Baldus. ¶ An autem exceptio præposterationis possit opponi, vide infra eo. §. fin. & vide prox. §. de recusatio. ¶ Potest etiam arbiter cognoscere de fructibus & interesse accessorie uenientibus: vt not. ff. eo. l. qui arbiter. & l. non distinguemus. §. de officio. De pœna autem contractus vel compromissi non cognoscit. ff. eod. l. quid tamen. §. fina. Et ratio differentiæ est, quia fructus veniunt ex consequentia principalis petitionis. Item si quis petit fructus, etiam interesse videtur petijsse. ff. si seruitus vendicet corpus. §. in confessoria. ubi de hoc. quod est ibi notabile. sed pœnuentionalis uenit iure actionis. ¶ Et omnis actio est nobilis, & pertinet. Officium autem iudicis in accessorijs est mercenarium, & regulatur principali. ff. de actio. empt. l. qui per collusionem. §. vlti. & ideo est mercenarium: quia rursus aliud sibi famulari non poterit, ut not. ff. de petitio. hæreditatis. l. hæres furiosi. §. finali. secundum vnam lecturam. Vide circa prædicta Bartholomæum Andream, extra, de arbitra. capitu. cum dilectus. ¶ Si plures compromittunt pro qualibet parte, non facta mentione suorum hæredum, nec sunt cum compromittentium uiuit, & res est diuidua, & quilibet litigat pro parte, durat compromissum: & tot sunt compromissa, quot sunt partes & personæ. C. communi diuidun. l. ad officium. ff. de uerborum obligationi. l. 1. & de iniurijs. l. si plures, secus, si res erat indiuidua: quia tunc finitum fuit compromissum. Similiter si quis promittit pro se & uxore, non facta mentione hæredum, promittit de rato, non finitur compromissum morte uxoris: cum executio contra compromittentem fieri debeat. ff. de procu. l. Plautius. Ioan. And. in addit. in §. finitur. uersicu. item morte legatorum. ¶ Si quindecim petam, & unus arbiter condemnat in quinque, alter in decem, non habet locum electio tertij: quia isti de quinque concordant, etiam si ille de decem in contrarium protestetur: quia maior numerus affirmatiuus incommutabili ueritate minorem continet, & præsupponit: ut dicúnt arithmetici & geometræ: maior, inquiunt, numerus minorem numerat: ut infra. de iureiurando. §. plus in se & probatur in d. l. diem. §. si plures. & supra. §. sequitur. uersi. notate. G. Hoc uerum ubi in causa consonant, sed in quantitate se excedunt. Sed si in facto uel æquitate causæ dissonant: ut qa unus declarat nomine pretij libri esse promissa decem, & alter quinque, dicit tunc est locus electioni tertij: quia non sunt concordes. ff. loca. l. si decem. Item in absolutione non sunt concordes: qa qui in plus ademnat, minus absoluit. Quando igitur ualet nam condemnatio partis sine absolutione concordi nulla est. ff. de doli excep. l. apud. §. ij. Solu. tacite uidentur esse concordes: ut d. §. si plures. Bal. Vide infra proximo. §. & extr. de re iudica. c. j. lib. 6. ¶ Sed quid si sunt tres, unus condemnat in quinque pure, alij in decem ad annum? Certe tunc propter additionem temporis præualet sententia in decem. Item si adijciatur locus uel alia adiectio. ff. de uerborum obligationib. l. j. §. cum addijcitur. In uersic. quid si arbiter. G. & uide infra. proxim. Quid si unus dixit in 20. flor. alter in 40. flore. qui tantum ualent? Dic quod formaliter sunt concordes. ff. de uerborum obligationib. l. quæ extrinsecus. Baldus. ¶ Si quis est arbiter & arbitrator, uidetur procedere, & pronunciare ea uia quæ nullidior est. Caueat tamen sibi actor, ne formet libellum coram eo, tanquam coram mero arbitro: quia tunc uideretur elegisse certam uiam. uersicu. sed pone. & sequen. G. uide supra §. a sententia. Arbiter uidetur acceptasse tacendo. uersicu. sed nunquid. per l. si filius. ff. ad Macedo. G. ¶ Tertius arbiter electus iuris auctoritate, non est uerus arbiter: nec laudat, sed præcipit, & consulit: & duo debent ibi parere, uel sponte, uel iudice comminante. uersicu. sed nunquid ille. G. Dy. dicit, quod est uerus arbiter. & debet laudare. ff. de furt. l. si dominium. Et idem disputando tenuit Francisc. Accursi. & Iacob. de Aren. quod est uerus. Ergo necesse habet, & potest cum altero pronunciare: timo discordantib. duobus potest tertius ferre sententiam, quæ præualet. ff. eod. l. item si unus. §. principaliter. per Accur. & Bald. Si autem est electus auctoritate compromittentium, tunc certum est quod est arbiter. ff. de seruitu. rustico. prædio. l. cum esset. §. fina. not. Bald. An possit adijci in compromisso de habendo consilio, uel de sequendo, uel simile? Dicit Innoc. quod sic. capitu. si pro debilitate. extra. de officio deleg. Quid de consilio confectionis instrumenti, uide infra. de instrum. edi. §. si tabellio inest. Baldus. ¶ Renunciari non potest iuri futuræ reductionis, si qua erit, sed pacto remitti potest, secundum quosdam. uersic. item quid si compromissum. G. Dicit not. per Cyn. C. eod. l. pen. lib. in capitu. indultum. de regu. iur. lib sexto. Et per me. ff. de condict. indeb. l. si procurator. in lect. Bald. & nimia cautela est suspecta, & insolitæ renunciationum clausulæ. ff. de condict. indebi. l. 6. ubi de hoc, uide supra. eod. §. & not. infra. eod. De homologatione. in fin. uersicu. illud sciendum. ¶ Nota quod officium tertij uel adiuncti expirat expirante tempore compromissi. C. quando tutor. uel curator. esse desierit. l. j. not. Bald. ¶ Tertius arbiter non dicitur esse de numero, sed de auctoritate. Et dicitur tertius, id est, medius, non plicans in aliquam partem: supra. eo. §. tertius. ¶ Nota in iudicibus, quod si duobus discordantibus datur tertius, tota auctoritas stat in illo tertio. C. de appella. l. in offerendis. uersicu. ita tamen. Bald. Quibus remedijs constringantur primi arbitri, si nullo modo uolunt concordare in electione tertij, infra. de recusa. §. effectus. uersicu. item quid si duo uolunt. per G. & ff. de liber. lega. l. si duobus. Quo iure petatur reductio ad arbitrium boni uiri? Dic quod officio iudicis: & cautum est, si petatur intra decem dies ne uideatur homologari. uer. sed quo iure. & uersicu. sequen. G. ¶ Duobus modis potest peti reductio, scilicet, excipiendo & agendo. Excipiendo non simpliciter de iniquitate, sed adiuncta incidenter petitione reductionis. ff. eod. l. non distinguemus. §. cum quidam. in fine. & de in officio. testamen. l. Papinianus. §. si filius. & tunc qui est iudex primæ causæ, est iudex secundæ & reductionis causæ, uide supra. eod. §. petitio reductionis. C. de iudic. l. quoties. & not. ff. de inoff. testamen. l. si suspecta. §. fina. & ista exceptio est perpetua. C. si ma. fa. sine decret. l. j. ff. de exceptio. doli. l. pure. §. fina. Agendo, & hoc dupliciter: quia aut est laudum latum super contractu, aut super lite: si super contractu ad inchoationé si contractus, puta societatis: & tunc agitur ad excipien. actione ex eo contractu. ut l. unde si Neruæ. ff. pro socio. ibi dum dicit, per iudicium bonæ fidei, idest, per actionem pro socio. Nam officium iudicis non est bonæ fidei. Si uero est laudatum super lite: tunc aut est laudum transigẽdo, aliquo dato uel retento, uel condemnando, uel absoluendo: & tunc officio iudicis agendum est: quia non est prodita certa actio. argu. ff. de minorib. l. quod si minor. §. fin. C. unde ui. l. pen. ¶ Quod officium iudicis debet implorari intra quadriennium, sicut restitutio in integrum. C. qui. ex cau. ma. l. in contractib. Vel dic, quod est perpetuum. C. de præscrip. 30. anno. l. sicut. & ff. de contrah. empt. l. officio. quod est uerius per regulam generalem. l. ij. C. de constitu. pecu. Facit, quod in fine not. C. de fal. l. querelam. & sic falsa est opin. quod intra decem dies. Nec obst. l. pen. C. eo. quia loquitur in uero arbitrio, non arbitramento. Non. n debemus extendere legem illã, quæ loquitur in arbitro, ad arbitratorem. Et ista est communis opin. Bald. uide supra. eo. §. an processus reductionis. & §. petitio reductionis. & §. j. in fin. & in §. de homologatione. Bald. Sed an pendente causa reductionis possit arbitramentum executioni mandari? Videtur q fic, si per formã alicuius statuti habet executionẽ paratam. & hoc qua tuor rationibus. Primo, quia præsumitur perens reductionem facere causa moderandæ solutionis. C. de ordi. cog. l. fin. C. de fal. l. satis aperte. Secundo, quia causa executionis est summaria: unde non retardatur per petitionem, quæ requirit, cognitionem plenariam. C. de compensa. l. fina. C. de edict. diui Adria. tollen. l. secunda. ff. ad Trebellia. l. ille a quo. ff. de re iudicata. l. à diuo Pio. §. quod si super rebus. Tertio, quia ista uidetur mutuæ petitiones: & in sum

merijs

mariis summaria petitio non suspenditur per reconuentionem causæ nõ summariæ:ut in cap.1.de mutu.petit. Quartò, quia quando duo iudicia sic se habent,quod unum ad alterum sunt pariter oppositæ:unum non impedit processum alterius.ff.de exceptione rei iudicatæ.l.si inter me & te. Quinto uidetur probari hoc per id,quod not.Innocen.de offi. deleg. cap. cum in iure peritus.In contrarium uidetur pluribus rationibus.Primo ex natura præiudicialium.Nam quæstio præiudicialis præferenda est.ff.de iu dic.l.per minorem.& not in l. qđ prior.eodem.titu.& semper intelligitur preuenire, etiam si sit postea mota.ff.de noxa.l.si ad libertatem. in principio. Secundo,quia non debet iudex exequi, quod postea subiacet retractationi.ar.ff.de excu.tuto.l.diximus. Tertio quia reductio habet instar appellationis:ergo interim nihil est innouandum.C.de transact.l. si causa cognita. Quarto,quia actio præiudicialis habet instar exceptionis,ut not. in dicto.§.si filius.sed exceptio obstat:ergo,&c. Quinto,videtur casus ex coniunctione duarum legum.Si enim filius erat debitor patris ex sententia: & pater moriens instituit extraneum, filio exhæredato : potest filius conueniri petitione hæreditatis,tãquam iure prior:& habet paratam executionem. ff.de peti.hæred.l.item veniunt.§.idem recte. quam tamen filius opponendo querelam reiicit.Casus ergo est in d.§.si filius.quod uerum credo,si causa reductionis intra duos menses debeat finiri,forte ex forma statuti.ar.ff. de iure fisc.l.aufertur.§.qui compensationem. Si autem requireret longum tractum:tunc posset iudex exequi recepta cautione.extra.de in integ.restc.suscitata. Pro prima parte facit de ap.capitu.pastoralis.in princip. conIuncto.supra.eodem titu.§.1.ver.nunc tamen Bal. ¶ Ad hoc ut valet cõpromissum,sufficit quod reus etiam extra iudicium negauerit: licet possit de facili conueniri.C.de transact.l.præses.& l.interpositas. §. primo.quod not.Bald. ¶ Valet compromissum etiam de vno articulo.ff.qui satisda re cogantur.l.arbitro.C.de pact.l.penul.& tunc laudum habet vim interlocutoriæ.Bald. Vide supra eodem.§.potest de vno articulo. ¶ Ex forma statuti veniens contra laudum punitur in centum:quæritur vtrum excusetur ab ista pœna habens iustam causam litigandi ? Et dic quod sic,per gloss.or din.C.quorum appella.non reci.l.ab executione. iuncto text. cum glo.quæ incipit adhibita distinctione quod est valde notabile.Bal. ¶ Sed quid si statutum dicit,quod contra laudum nil possit obiici:an poterit peti reductio ? Et dic quod non.argumen.ff.de alea.l.1.§.quod autem. Idem si dicat,quod nihil possit excipi. Nam cui denegatur exceptio, & actio, per quam deuenitur ad excipiendum.C.de transact.l.nec intentio. ff.solu. matr.cum mulier.& quod not.ff.de mino.l.in causæ.in princip.per glos. & per Cyn.in quæst.Nam nec minor aduersus laudum hoc casu posset restitui in integrum.secundum Cy.ibidem,quod est no. Si dicit,quod non possit agi,videtur quod possit excipi:quia quando excipit proprie loquendõ, non agit.de causa posse.c.3.per Innocent.Bald. ¶ Potest renunciari arbitramento sicut transactioni,& denuo compromitti.C.de transactio. l.si diuersa.quod not.Sed de re iudicata non potest compromitti : vt not. C. de episc.aud.l.si qua.per.Cyn.de arb.cap.si qua.per Innocen. ¶ De homologatione notandum est,quod in contractu vel arbitramento non habet locum homologatio.nam nulla lex hoc dicit:ergo stamus regulę. ff. de action.& obligat.l.obligationum fere.§.placet. Si tamen pars est præsens,laudo debet contradicere,ne acquiescere videatur.Arg.ff.ad Macedo.l.filius. C.de rela.l.1.ff.de fideiuss.tut.l.cum ostendimus.§.fin.ff.de pignor.l. si fideiussor.§ pater Ego uero credo,quod præsentia non habeatur pro consensu,sed facit bene præsumi pro iustitia laudi non contradicti.ar.eorum quæ nor.Innocen.& Hostien.in capi.quoniam contra.de probat.nisi notarius, scribat latam tali præsente & consentiente. Nam tunc præsentia haberetur pro consensu. Sic loquitur dicta l.cum ostendimus,in fine. Sed in uero arbitro habet locum homologatio,cum hac distinctione. Nam interdum, fit compromissum nudo pacto sine pœna:& tunc habet locum homologatio. C.eodem.l.penult. Interdum nudo pacto cum pœna:& tunc habet locum homologatio,quo ad laudi uigorem:quia lex non prouidet ei, qui sibi prospexit.C.de pact.conuen.l.fina.C.de procura.l.maritus.& quia soluendo pœnam non tenetur ad aliud.argumen. not.in l. prima.in princip. ff.de actio.empt.Et quia in commissione pœnæ videtur fieri quædam nouatio.naturalis enim obligatio nouari potest, vt no.ff.de pact.l. rescriptũ §.si pacto.Dixit Azo,quod aut erat apposita pœna sine clausula, rato manente laudo & compromisso:aut cum alia clausula.Primo casu homologatio cessat:secundo casu habet locum homologatio, quasi sint plura compromissa.vnum cum pœna:alterum sine pœna,versi.quid ergo. G. Ita dicit gloss.ff.de arbit.l.secunda. Hanc partem tenuit Cyn.& Bartol.quia plures clausulæ habent vim diuersorum factorum.& est simile ff.de hæred.institu.l.contra eos.in prin.ibi autem duplici,&c.de condi.indeb.l. hęc scriptura. Interdum compromittitur per stipulationem sine pœna:& tunc dicunt quidam, quod cessat homologationis rigor, sed agitur ad interesse, quod tacite facta stipulatione continetur.ff.de arbi.l.diem proferre.§.final. Alii dicunt,qđ cadit homologatio : quia petitio ad interesse descendit potius ex prouisione legali causa coadiuuandi laudum,non causa perimendi,quod credo verius. Interdum compromittitur per stipulationem cum pœna:& tunc aut est adiecta clausula,aut nõ:vt in pacto.Non tñ mihi placet illa rõ qđ duo iudicantur ꝓmissa,sed potius est vnũ,licet habẽs plura capita.de pd.& demõ.l.hac scriptura. Nec fit hoc casu nouatio.ff.de verbor.oblig. l. ita stipulatus. §. fin.ff.de transa. l.qui fidem.& maxime, quia obligatio naturalis est de iure gentium: vnde non nouatur à pœna : vt ff. de actio.empt.l.prædia.ff.pro soc.l.duo. Illud sciendum est,quod homologatio debet sequi laudum,non præcedere,scilicet ex interuallo:vt d.l.pen. C.eod. Bald. Vide supra eodem.§.& nota.& supra.eodem.§.quo iure.in fi ¶ Sed illud quæritur,dicit statutum, quod pœna inserta dationi quantitatis,non possit peti.Modo arbiter condemnauit ad dandum quantitatem:non datur : petitur pœna, quæritur an possit ? Et videtur quod sic. Nam pœna petitur ex compromisso, non ex laudo.Sed attento compromisso pœna non est apposita certæ rei,sed facto, scilicet sententiæ arbitri. ff.de verb.obl.g.l.2.in fin. In contrarium facit quod no.ibi Dyn. scilicet quod pœna compromissi videtur inserta dationi,si arbiter iubet dare.implicite enim [illegible] secundum Dyn.& Bartol.Sed pro prima parte videtur,quod possit peti pœna:quia petitur loco contemptus,non loco solutionis.ff.eod.l. si quis. rem.Sed ad hoc respondetur,quod aut mora committitur in non soluendo:& tunc petitur loco solutionis,non loco contemptus : & ideo non potest peti vna cum principali.ff.eo.l.Celsus. Aut in alio committitur mora: & tunc loquitur lex contraria.& sic non obstat. Sol. De iure communi illa pœna potest peti:quia non videtur apposita in fraudem usurarum, sed ad vigorem compromissi.vt not.Iac.Bu.de usur.l.cum allegas.& authen.ad hæc.in lect. Aut loquitur considerato dicto statuto:& tunc aut laudum requirit aliquod factum cum datione:& tunc potest peti ratione facti. Facit quod no.ff.si cer.pe.l.rogasti.§.fi.per Iac. Aut iubet simpliciter dari: & tũc dubium est.Sed idem puto propter naturam compromissorum.ff.e.l.3.§.i. & l.Celsus. Et statutum debet intelligi,vbi non offenditur tertia persona, quæ non contraxit:sed hic non solum offenditur pars,sed arbiter. Bald. ¶ Terminus assignatus tertio arbitro à statuto non currit,nisi a die notificationis.C.de excus.tut.l.quinquaginta.postea non excusatur.C.eo.l.amplissimi.2.resp.vide infra.de proc.§.procurator. ¶ An regulares uel simplices monachi possint compromittere.uer.item potest.cum seq. G.ff. de iud.l.cum prætor.in fi. Priores sunt sui iuris, & quasi emancipati uiuunt, secundum Lap.de S.Miniato.uide idem in c.ne nimia.de religiosi.dominibus in notula. ¶ Si actum est in compromisso,ut possit semel & pluries iudicari,non propterea poterit ex interuallo apponi modus & conditio,nisi reseruauerit.ff.fa.erc.l item Labeo. §.j.in gl.parua. & hoc operabit virtus clausulæ,ꝓ non credo verum.Sed vide quod no.Dy.ff.do verb.obl.l.tritticum.& ꝓ Cy.C.de inst.& sub.l.pe.§.in diffinitiua.versi.sed pone actor.Sed vi ꝓmissum diuisum : & super diuisis ꝑt peti pluries iudicari,nõ super eodẽ,ꝓ est no.G Sed ꝑseuerantia requiritur,quæ vno momento amputari nõ pot.ff.de pd.insti.l.liq. ita.vide in c.ne nimia.de reli.do.in notula. ¶ An dicatur paruisse arbitro,qui condemnatus soluit,sed postea vim fecit.ff.e. l.inter Castellianum.ver.sed pone quod argu.G.Vbi si tractus futuri temporis expectatur ex natura iudicii,tunc committitur pœna,alias non.ff.de sol.l.in numerationibus, Bald. ¶ Aut tacita conditio inest ad inchoationem obligationis,aut ad executionem, aut ad expirationem. Primo casu non nascitur obligatio: vt not.ff.de pact.l.item quia. Secũdo nascitur obligatio,sed eliditur per exceptionem.ff.e.l.ita demum ff.loc.l.quæro. §.inter. Tertio casu nascitur,sed soluitur secundum naturam contractus.ff.de in diem addi.l.2.vbi de hoc Bal. Præceptũ arbitri aliud est monitorium, & non transit in aliud tempus. vt l.diem.§.si intra.ff.eo. ibi erat dilatio expectatoria, quæ non transit in successorem.G. ¶ No.quod termini bannorum,qui multi sunt,nõ incidunt in tempus successoris termini bannorum: sed diffinitiue præcepta sunt ꝑpetua, licet cum illis expiret iurisdictio. vt l.iudex.de re iud. Decreta etiam transeunt in successorem.l.quamuis.ff.de rebus,eo & acta facta.ff.de iud.l.proponebatur. vide supra tit.1.§. præceptum.& §.compromissa.& j.de accus.§.annotandus. ¶ An valeat sententia arbitrorum parte non citata ? Quidam volunt quod non.ff.de verb.oblig. l.si quis arbitratu.& de adil.edict.l.quod si nolit.§.fin. & de in diem addic. l.necesse.& de leg.2.l.si tamen. In cõtrarium facit : quia citatio est de processu. Iusfit.de pœn.teme.litig. in fi. Sed arbitrator non procedit iudiciaIiter. ergo non citat. Idem iudicat die Dominico. C.de fer.l.fina.per Iaco. Hoc est uerius.quod nõ citat,si tamen amicabiliter monet ad instructionẽ sui,bene facit:& pars,quæ non compare.tad cum instruendum,dicitur impedire laudum ferendum:vt d.l.si quis arbitratu. ¶ Arbitratus non est sententia. Item arbitrator non est iudex,vel quasi:ideo non proprie citat : tamen non debet indiscusse procedere ad arbitrandum partibus. inauditis, quia merita causarum,&c.C.si per vim vel alio modo.l.fi.& ff.de ver. obli, l.si quis arbitratu. Item arbitramentum est stricti iuris, sicut transactio.C. de transactio.l.sub prætextu.Et si dicatur,quomodo est transactio,declaratio arbitratoris?Respon.quia id idem inuenio in alio casu C.de transac.l.si de posses.vide Cy.de contrahen.empt.l.fi.ff.de bon.possl.3.§. penu. ¶ An præsumatur contra laudum,ꝓ fuit latum clam? Respond.non:quia de hoc non potest facere pars quicquam,quin arbiter in secreto loquatur. in præiudicium tamen partis aliud præsumi non debet.arg.no.in l.Lucius. in fin. de leg.j tamen tali die citari non potest. Item ad hoc not.ff.de bon.poss.l.3. & penul. ¶ An compromissum generale sit vnum, vel plura? Dic quod vnũ quoad capitula prosecuta,vel scienter neglecta: sed quoad omissa per errorem, non reputatur vnum, sed plura : & ideo extenditur laudum ad ipsa omissa. Et sic est secundum quid vnum, & secundum quid plura.ff. eo.l. de rebus.ubi de hoc. Qđ enim esset simpliciter vnũ, nõ posset ꝓ parte valere, & ꝓparte nõ vide infra prox. An ¶ valeat laudũ ꝓ abstẽtõ citato? Dic ꝙ non:ne claudicet,& quin contra eum non valeret,&c. versi. pen. G. Ista ratio non valet:quia habet locum quãdo actus sit communiter gratia vtriusque : sed quando gratia vnius tantummodo,secus.& est melior ratio, quæ not.ff.de re iudi.l.furioso C.quomodo,& quãdo iudex.in l.ea quæ.facit qđ not.C.iudicijs.l. properandum. §. fin autem.ideo non valet : quia est lata omisso ordine iudiciorum: nam citatio est de ordine.Baldus. ¶ Sed quid si compromittitur causa diuisionis,an coram arbitro poterit opponi exceptio præposterationis?nam coram iudice potest opponi. ¶ Item non possessor prouocat ad diuisionem.l.1.C.famil. ercisc. Si vero possessor præsumitur hæres uel dominus,ratione possessionis, procedit iudicium, vt ibi dicitur Et si illa lex diceret quod præsumeretur dñs,hoc esset quantum ad iudicij ordinationem, non quantum ad efficacem probationem. C. vnde cogna.l.non ob hoc.ff.communi diuidund.l. communi diuidundo. §. inter prędones.quia non possidet ut hęres:ideo vincit in diuisorio,nisi titulum probet. Sed non potest sibi opponi exceptio præposterationis, quin prius debeat mouere petitionem hæreditatis. Nam petitio hæreditatis non datur possidenti. ff. de petitio. hæredi. l.si quis libertatem. uersicul. nam cum quidam. Et si dicatur,imo ex possessione transfertur onus probandi in aduersarium.ff. de probatio.l.circa. Solutio. Ibi erat possessio, in qua concurrebat consensus utriusque partis. Sic extr. de probatio. c.per tuas. Et si dicatur,quod etiam sine consensu alterius partis sufficit possessio,ut notatur in l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si seruit.vend. ¶ Aduerte.quod ille, qui est in possessione prædij sui, tamen non ideo præsumitur dominus eius:sed si est

in pos-

in possessione tam prædij, quam seruitutis, sic. quia in seruitutis possessione accedit patientia aduersarij. ff. de seruitutibus. l. fina. Item non obstat, quòd præsumitur quis prælatus ex possessione: quia est verum, quando lis non est constituta de beneficio: sed agit aliqua actione prælatus. nam tunc sufficit sibi quod est in possessione prælaturæ auctoritate superioris. Secus vero, si esset prædo. ff. de condictio. indebit. l. vrbana. de elect. capitu. querelam. de offic. præto. l. Barbarius. ¶ Aliud est enim quærere ad hoc, vt iudicium ordinem accipiat, de libe. cau. l. liberis. Aliud, vt persona legitimetur: aliud, vt diffinitiue de iure vel dominio pronuncietur: aliud est, quoad commoda possessionis: vt l. item Mela. §. pen. ff. ad leg. Aquil. aliud, quoad potestatem conditionis. C. ne vxo. pro mari. l. ob maritorum. vbi dominiũ non petitur principaliter propter se, sed venit incidenter propter aliud, & adminiculatiue: tunc possessio plus facit præsumi. ff. de solu. l. Titia. & de condi. institu. l. penul. Et dic vt ibi per Oldra. Cyn. & Barto. An ergo ista coram arbitro vera sint, videtur quod sic. ff. eod. l. non distinguemus. §. si is. Sed certe arbiter non potest cognoscere de eo, de quo compromissum non est: vt in §. de officio. & facit ff. si pars hæred. petatur. l. non possumus. G. ¶ Coram autem arbitratore exceptio præposterationis non habet locum: quia seruat ordinem iudiciorum. Et ista est exceptio ordinis: ut not. ff. de euict. l. si mancipium. §. si communi. Bald. ¶ Quid de alijs exceptionibus, vide supra. eodem. §. an arbitrator. vide. ff. de actio. & petitio. §. an qui. & infra. de positio. §. sed pone quod. Bald. ¶ An constitutio de duobus reis habeat locum in arbitro, vide infra. de citatio. §. j. ¶ In compromissis potest renunciari omnibus ferijs, etiam in honorem Dei, vide infra. de citatio. §. citatio est de processu. in fi. Sed contra not. Io. And. in c. fi. de ferijs. in verbo. arbitro. ¶ An arbiter possit supplere, vide j. de disputat. & alleg. §. fin. in fin. ¶ An arbitri possint facere præcepta sub pœna, vide infra. de senten. §. arbiter tamen.

ADDITIONES NOVAE.

* In l. non solum. C. de prædijs minorum, an tutor possit compromittere de re pupilli. Et videtur quod non per dictam l. quia compromissum quod habet vim transactionis. in auth. vt diffe. iud. §. si vero. sed transactio non potest fieri per tutorem de re pupilli, quæ non potest alienari sine decreto, ut dicit hæc l. ergo, &c. fingi enim lites possent, vt circunueniatur oratio diui seueri. l. j. de reb. eorum. ad quod facit quod dicitur in glo. ff. de transl. cum hi. nec ob. l. præses. C. de transa. quia ibi intelligitur quod tutor potest facere compromissum de re mobili, quæ potest alienari sine decreto. l. iurisiurandum. §. si tutor. de iureiur.
* Item potest facere de dubijs quæstionibus deficientibus probationibus, d. l. præses. & de inreiuran. l. tutor. vnde, intelligitur in rebus alienabilibus sine decreto. & non potest compromittere ut noceat pupillo: quia oportet vt prosit. l. tutor. de pactis. & l. pactum. eo. l. Iulianus. §. si a pupillo. de actio. empt. & l. nõ eo. de procur. sed pupillus potest compromittere de qualibet re cum auctoritate tutoris. intellige si cognoscat vt arbiter ille in quem cõpromissum fuerit, non sicut arbitrator, l. si pupillus. ff. de arb. nam si vt arbiter, eius auctoritas succedit loco decreti, cũ arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. j. de arbitris. & in talibus non habet locum oratio diui seueri. dico tamen si tutor compromittit nomine suo, ipse tutor obligatur, cum excedat terminos administrationis. vt l. si post mortem. ff. quando ex fac. tuto. Richar. malum. ubi supra. facit do. Signor. in consilijs in 3. parte. l. quæstione. & in rub.
* Nota quod compromissa sunt stricti iuris, & stricte interpretanda. l. si cum dies. §. plenum. ver. id enim. de arb. ff.
* Quot sunt species arbitrorum, Archi. in c. arbitri. de offic. deleg. lib. 6. licet à sententia arbitri non possit appellari, tamen contra eius sententiam potest supplicari, Archi. vbi supra. & 2. quæst. 6. quid de arbi. & c. non sine. extra de arbi.
* Quid si fiat compromissum in aliquem præsentem, qui nihil dicit, nec contra dicit, an videatur in se arbitrium suscipere? dic quod nisi probetur aliquid de voluntate eius, non uidetur iudicium suscipere, quia eo inuito poterant in eum consentire, argu. l. gaius. de pigno. actio. Guido de suz. in l. iij. §. tamet si. ff. de arbi. Homo bonus de Cremona tenet quod ex quo sunt presentes, si non contradicunt, videntur recipere. ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. idem dicit si sint absentes, & statim cum sciunt non contradicunt corã testibus, ar. l. si filius. ad Mace. & l. filius. §. inuitus. ff. de procur. Non ob. l. si merces. in prin. loca. quia forte ibi non susceperat: uel si susceperat, nõ fuit compulsus, cum posset compelli.
* In l. si cum dies. in prin. ff. de arbitris. ibi, compromittere voluerunt, &c. not. quod non dicitur compromissum nisi a die acceptationis. ergo ante acceptationem non currit terminus arbitro: quia non est arbiter ante acceptationem, ar. l. tali. de iure do. in prin. Bal.
l. sed & si restituatur. §. ex qualibet. de iudi. nota ex isto tex. q̃ ille qui nõ est cogi iudicium sumere, non potest cogi ad compromissum: vnde exceptio declinatoria impedit processum qui alias intentatur ex forma alicu statuti, quia istud compromissum succedit loco iudicij. ergo, &c. per rationem huius literæ. Bal.
non distinguemus. §. quæsitum. ff. de arbi. per hunc text. determinatur, statuto cauetur, q̃ de quæstionibus inter affines debeat fieri compromissum, modo si factum est compromissum in causa principali, & lata sententia petitur reductio, vel appellatum est, & dicit appellatus denuo fieri compromissum debere, quia est quæstio, per not. in l. & si post rem. de tran. hunc §. dicitur quod non potest cogi ad compromittendum ex dispositione huius statuti, & sufficit semel esse paritum statuto. & ita tenent Iaco. Butre. & Dynus per l. boues. §. hoc sermone. de verbo. significa. & l. hanc cõditio. ff. de condi. & demon. hæc Bal. in l. fideicommissa. §. pen. de leg. 3. & l. si quis. §. hæc vox. ff. de edendo. & no. inf.
* Furiosus habens dilucida interualla non potest esse arbiter, vt l. sed si in seruum. §. j. ff. de arbit. & ff de iudic. l. cum furiosus. in prima glo. & quod furiosus non possit esse arbiter. probatur per l. sed & si in seruum. §. fina. ff. de arbitr.
* Nota q̃ arbitria mediantibus ipsis arbitris censentur dispositiones partium. l. fi. C. de contrah. emp. & l. si quis arbitratu. de verb. ob. & l. item eorũ. §. j. ff. quod cuiusque vniuersi.
* De tertio arbitro qui assumitur est differentia, utrum assumatur a iudice, uel a partibus, uel ab arbitris: quia si assumitur a partibus, dicitur nouum compromissum: si autem a iudice, vel ab arbitris, non, sed dicitur tertius assumptus. Bar. in l. si dominium. ff. de fur.
* Nota, quod filiusfam. potest esse arbiter inuito patre, l. iij. §. sed si filius. ff. de pecul.
* An filiusfam. possit litigare & compromittere coram arbitro sine consensu patris? glo. & Iaco. Butri. in l. cum non solum. C. de bonis. quæ lib. tenent quod sic.
* Si sunt plures compromittentes, & vnus non paret, omnes tenentur, l. stipulationum. de verb. ob.
* Si arbitro est data potestas auferendi multum & parum, non potest peti reductio ad arbitrium boni viri. Hostien. in c. humilis. de maio. & obed. circa hoc uide Ioannem Andr. in addi. Specu. supra, in tit. de arbitro. §. sequitur hic. sed ex æquitate iudex debet corrigere & occurrere iniquitati, vt scripsit Io. And. in c. quintauallis. extra, de iureiu. in gl. mag. vide inf. ver. an valeat pactum. & ver. an impediatur.
* Quid si fiat compromissum in Titium, & si non acceptauit. in Caium: an valeat compromissum alternatum? Bald. tenet quod sic in l. item si vnus. §. sed si ita. ff. de arbitr. item nota ex dicto text. quod alternatiua posita inter personas arbitrorum non resoluitur in coniunctam, sed in tali alternatiua pertinet electio ad partes. pro quo. l. si duos. in princip. de excu. tutor. Bald.
* In l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbi. Bald. not. quod per dissensum duorum arbitrorum primorum uenitur ad electionem tertij, & hoc siue dissentiant in pronunciando, siue in procedendo: & ex hoc patet, quia si duo primi arbitri laudant in discordia, quod nõ sunt functi officio suo, ideo adhuc debet eligi tertius: quia arbitri non possunt derogare prouisioni istius. §. quæ est inducta in partium fauorem, non arbitratorum.
* An si partes nolint parere sententiæ huius tertij committatur pœna, Iacob. Butri. quod non: sed ex eius sententia nascitur actio in factum, ut dicto §.
* Nota q̃ arbitrator potest eligi cum sacramento. l. hac edictali. §. his illud. versi. mobilium. C. de secun. nup. quod secus in arbitro. ut ibi no. Bal. in authen. decernit. C. de arbi. & tenet quod non.
* An possit fieri compromissum de eo de quo est semel lata sententia. not. in l. si causa. C. de transact. & Innocen. in capitu. exposita. de arbitris, tenet quod non.
* Pone quod arbiter me condemnauit tibi in mille, tu petijsti reduci sententiam ad arbitrium boni uiri, & in hac reductione fui condemnatus in centum, nunquid si non soluam, incidam in pœnam compromissi? Bar. in l. multa. ff. de condi. & dem. in prin.
* Pone quod in eadem sententia fui condemnatus tibi, & tu mihi ex diuersis causis ab arbitratore, tu petijsti reduci ad arbitrium boni viri, ego non petij, tu petis a me vt ego soluam tibi, vel incidam in pœnam cõpromissi. sic ego debeo dicere quod mihi soluat, vt ego soluere possim, alias stat per eum. & hoc postquam fuit declaratũ ipsum male petisse: alias interim posset peti executio, ut notauit Cy. in l. per hanc. C. de temp. app. Bar. in l. iulianus ait. ff. de condic. indeb.
* In l. eleganter. §. si quis post. de condic. indeb. uide rationem quare non valet transactio post rem iudicatam. text. dicit quod imperator: gloss. dicit quod ratio est, quia transactio debet esse de re dubia, sed quando iudicatum est, certum est? ergo &c. quod nota pro statutis quæ dicunt quod partes cogantur ad compromissum: quia si qui habent sententiam diffinitiuam, uel instrumentum, quod habet vim diffinitiuæ, non coguntur ad compromittendum, quia arbitramentum est quædam transactio: sed de eo quod certum est, non potest transigi, ergo &c. Sed si illud instrumentum non esset liquidum, sed posset aliquo modo in dubium reuocari, tunc secus. Barto. in l. post rem. de transact. Bald. & Ange. in l. cum hi. §. sed cum lis. ff. de transac. vult ergo Barto. cum gloss. quod donec potest sententia aliquo iuris remedio attentari, & quoties res est dubia uerisimiliter, quod potest transigi: alias non. & ex hoc infert quod si statuto cauetur quod de quæstionibus hat compromissum, habet locum quando est appellatum, quia tunc dubitatur an teneat sententia. quod sane intelligitur quando in principali causa non fuit compromissum factum: sed si ex forma statuti factum fuit compromissum in principali, quamuis appellationis causa pendeat, non coguntur partes de nouo cõpromissum facere, quia sufficit semel factum petitum. alias esset processus in infinitum, contra l. non distinguemus. §. quæsitum. de arbit. & l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. 3. & ibi vide Barto. pro glo. fac. l. boues. §. hoc sermone. de verbo. significa. & ista est ueritas. alias sequeretur absurdum quod de reductione deberet fieri compromissum, quod est factũ. Philip. & Ange. Et ideo sit cautela cautis aduocatis cum uolunt facere fieri compromissum post sententiam, faciunt renunciare sententiæ, & quod erat decisum faciunt in dubium reuocari, & ita valet compromissum tanquam de re dubia. Bald. C. de transa. l. si causa. & l. si diuersa. Bald. & Ang. in l. post rem. ff. de transa. idem Ange. in l. cum hj. §. sed cum lis. eo. tit. & in l. j. eo. tit. ubi dicit quod si apponitur clausula, quod intelligatur compromissum de omni eo de quo fuit arbitratum, ualet etiam de re decisa. sed se ipsum corrigit in dicta l. cum hi. §. sed cum lis. fac. Bald. in l. si quis maior. C. de transa.
* An si est quæstio apud quem debeat ali pupillus, possit de hoc compromitti? Bartol. in l. non distinguemus. §. quæsitum. ff. de arbitr. dicit, quod non

non, etiam si statuto caueatur quod de omnibus quæstionibus debeat compromitti.

* Arbiter non recipit in testem in causa in qua est arbiter, Inn. in c. non sine. ff. de arb. no. Bar. in l. deferre. §. 1. ff. de iur. fisc.

* An sit idem in confessione emissa coram arbitro, arbitratore & tabellione, quod in confessione iudiciali? Bartol. in l. non fatetur. ff. de confe. tenet quod est differentia, quia in arbitro si est pœna vel rato manēte pacto, tūc idem quod in iudicio: alias posset reuocari: in arbitratore videtur adhibita extra iudicium

* Qualiter arbitramentum probetur iniquum, & quis probet? Bartol. ff. de verb. obli. l. si quis cum aliter. & l. in tuis. §. 1. ad trebe. & l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Dy. in simili in l. per hanc. C. de temp. app. vbi notatur quis habeat probare in causa appellationis an appellans, an appellatus? vide Ioan. And. in hoc titu de arb. in Spe. §. sequitur. vbi multa bona dicit, secundum Dyn. in consilio suo, & dicit quod dicens iniquum arbitrium, habet necessitatem probare, & in cap. in præsentia. de renunciatio, & in Spec. de syn. §. fin. in fi. & Cyn. in l. hi qui. de app. Ray. in l. si libertus. de operis lib.

* An arbiter possit pronunciare altera parte absente etiam per contumaciam? Spe. in titu. de arbi. §. differt. ver. item arbiter. tenet q̄ non, nisi sit actum in compromisso. secus in iudice. Item secus si est actum. co. ti. §. excipitur. circa finem.

* An super vsuris, & causis beneficialibus, & spiritualibus possit̄ promitti in arbitrium? & ar. Bal. in l. si, de meis. §. recepisse. ff. de arbi. Ioan. Andr. in add. Spe. ti. de arbitris. §. restat. & not. in l. non distinguemus. §. iulianus. de arbi. & §. de liberali. & Bal. in l. 1. C. de confes.

* An coram arbitratore possint recipi testes super matrimonio? Bal. in d. §. de liberali. de arbi. quod non.

* An compromittere sit lata culpa? Bar. in l. cum hæreditas. ad trebel. videtur dicere quod non.

* Quod ea quę publicam vtilitatem concernunt, non possunt in compromissum deduci, Bal. in l. fi. C. vbi & apud quem. vbi ponit hoc pro regula. item ponit ibi pro regula, q̄ nullus actus in quo de sui natura sententia habet ius potest in compromissum venire.

* An de causa tutelę possit compromitti? gl. q̄ fic. in l. prætor. de tut. & cur. da. ab his.

* Sed quid si statuto caueatur, q̄ certæ personę cogantur ad compromissum an tunc compellantur? Bar. ibi in dicta l. prætor.

* In capitu. cum olim. extra. de præscript. in versicul. arbitrium. potest ergo de spiritualibus compromitti & componi de arbi. ca. cum tempore. & in clericos, & in clericum & laicum. de arb. capitu. per tuas. Hostien. & Ioan. And.

* An de publica vel populari actione possit fieri compromissum? Ia. But. in l. licet. C. de procur.

* In l. nō distinguemus. §. si mulier. dicit Bal. q̄ si mater est tutrix filii sui, bene potest compromittere nomine filii sui pupilli: quia in tutela renunciauit Velleiano, vt in Aut. matri & auiæ.

* Si sunt plures compromittentes ex vna parte, vtrū quilibet videatur compromisisse insolidum? q̄ est vtile p̄ commissionem pœnæ. Bal. in l. diem proferre. §. si hæredis. ff. de arbi. & remittit ad no. per gl. & Ia. de Are. in l. si fic. §. 1. de leg. 1.

* An tutor possit facere cadere pupillum in pœnā compromissi? Bald. in l. si pupillus. de arbit. & l. si minor. §. si minores. de min. & no. in l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dic. non obt.

* In l. non ex omnibus. de arbi. not. quod si arbiter potest mulctare cōtumacem, ergo non est finitum compromissum per contumaciam: sed contra facit l. diem. §. si quis. ff. e. vbi dicit q̄ desinit esse arbiter, ergo non pōt mulctari ab ipso. Guido de fuz. dicit, q̄ aut quis est contumax ad audiendā sententiam, & loquitur contra. aut circa præparatoria, vel media causæ, & tunc non incidit in pœnam: sed hoc non est verum, quia ex quo non comparet, facit q̄ actor non potest procedere: ergo incidit in pœnam, vt in contrario, & ideo solue vt gl. & hæc lex intelligitur quando erat actum vt soluat compromissum per contumaciam.

* In d. l. non ex omnibus nota, q̄ arbiter potest facere precepta pœnalia. sed gl. hic sentit contrarium, & melius quod non pōt, nisi habeat potestatem expressam per formam compromissi. vel per naturam actus intentati, ut l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod me causa. Bal.

* An arbiter possit testes cogere? Bal. in l. sed & interpellatur. ff. de arbi. dicit q̄ testes non possunt citari per arbitros, sed per iudicem debent citari: & si fine citatione deponant, valet eorum testimonium ar. eorum quæ no. in l. post legatum. §. iis verò. ff. de his qui. vt indig. Bal.

* An super alimentis possit compromitti? Vber. de Bo. no. in l. 1. §. quies. ff. de of. præf. vrb. & dicit quod vt arbiter cognoscat modo iudicario potest, sed vt cognoscat vt arbitrator & amicabilis compositor non potest cōpromitti.

* In l. qualem. ff. de arbitris nota. q̄ nō tenet compromissum, quando datur arbitro certa forma pronunciandi. & est ratio, quia illud arbitrium nō est arbitrium, & non est arbiter. sed potius executor. facit. ff. eo. l. item si vnus. §. pomp. de app. c. nouit. in ratione sui. & est ar. q̄ arbiter nō cogatur pronū ciare secundū scedulā datā à partibus, sicut plerūque fit: quia licet cōpromittant libere, tamen in secreto dant scedulam de communi consensu factam, vt ab ea non discedat. in contrarium fac. l. si conuenerit. de re iudi. hic allegata in gl. ibi, secundum legem nota q̄ arbiter debet seruare ius cōmune. Tu dic q̄ debet seruare statuta, & consuetudinem loci: alias grauaret partes. nam est quo statutum tollit ius commune, illud seruandum est in loco illo. C. de ædi. priua. l. an in totum. Bal.

* An in sententia arbitratoris requiratur præsentia pertis? Bald. in l. si quis arbitratu. de verbo obligatio. & quanto tempore durat ptās, ibidem per Bartol. Angel. Ibidem aliter dicit. & quod not. Bald. 10. coll. de lege Corradi. §. inter pares. & le. final. §. si quis. C. commun. de leg. & l. multa. de conditione & demonstratione. & aunhentic. si tamen. C. de temporibus. appella. per Bald. & l. final. de contrahend. empt. & l. falso. C. de diuersis rescript.

* An arbitrator possit in totum absoluere uel condemnare? Bartol. in l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. loc.

* An vir & vxor tanquam affines cogantur ad compromissum virtute statuti. Bald. in l. prima. C. unde uir & vxor. ¶ Quid de bastardis? Innocent. in capitul. nonnulli. de rescrip. dicit quod naturales coguntur, sed non incestuosi, nec nepharij. ¶ Quid de duobus cognatis? not. in capitulo. quod super his. de consanguin. & affin. dicatis quod non sunt affines.

* An assumendo tertium dicatur nouum compromissum? Bartol. in l. si dominium. ff. de furtis. si a partibus assumatur, dicitur nouum compromissum: secus si ab arbitro.

* An arbiter post sententiam nullam: quia non seruauit ordinem iudiciorum, possit iterum iudicare? Inno. in rub. uel in c. j. de re iudica. & Bald. in l. fi. C. de contrahen. emp.

* Quid important hæc uerba, de iustitia & iure & ueritate? Bal. in l. iustitia. de iusti. & iur.

* An excommunicatus possit esse arbiter? Bartol. in l. cum pater. §. hæredi. tarum. de leg. secundo. Ioann. And. format in reg. iur dolo facit. de reg. iuris. & dicit quòd non potest esse arbitrator, sed mediator simplex ex cuius iuramento partes adinuicem concordarent: & sic contractus firmaretur ex partium conuentione, non ex arbitrio vel pronunciatione ipsius. Ioan. An.

* Quid si fit factum compromissum in Titium excommunicatum de dominio feudi: & promiserunt inuicem pronunciationem & laudum ferendum per dictam arbitrationem homologarej; & sic sententia lata pro possessore, homologari dictę partes petant pronunciata lauda ab ipso arbitratore, an homologatio quærat ius in reo, si constat ad actorem dominiū pertinere? Iacob. Butr. disputauit istam quæstionem: & finaliter soluit sic, videlicet quod non quæratur ius reo. & ad omnium solutionem præmitto quod hic notare debemus uerba tria, duo scilicet pronunciationem & laudum: & tertium scilicet homologatio: & ipsorum potestatem. & hæc verba pronuntiamentum & laudamentum secundum sui significatum designant duo concernentia primum actum iudicis, seu arbitratoris pronuntiantis, & eius dispositionem, secundum formam & auctoritatem sumptam ab ore & auctoritate pronuntiantis: & secundum quod actus est iure receptus: & non reiectus, uel reprobatus. primum per totum. de sententexcommunicat. & l. non distinguemus. §. nunc de officio. ff. de arbit. & l. cum antea. C. eod. & natura appellatiui est ut non plus significet quam repræsentet appellatum. l. hæredes. §. non nunquam. ad Treb. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. scilicet quia mens, quæ erat in proprio colligatur & deprehendatur etiam & in proprio: quia eadem uel maior ratio q̄ ad dispositionem: preterea probatur in l. verbis. & in l. in pupillari. ff. de uulga. & pupil. & l. librorum. §. quod tamen Cassius. de leg. iij. Secundo. probatur ex l. secunda. de leg. tut. & l. non aliter. de leg. 3. Tertio prāmitto quod ea quę deficiunt ex iuris rigore, uel publico fauore consensu partium non corroborantur. l. si expressim. ff. de ap. & l. nemo potest. de leg. j. ex primo & tertio patet, quòd dispositio iudicantis si non sit lege recepta, sed improbata, potest & debet dici carere effectu & nomine pronunciantis & iudicantis: nec à iure ex consensu partium receptabilis vel homologabilis fiat: cum arbitri persona ex iuris rigore deficiat. Ex primo sic concluditur, aut verba pronunciatum & laudatum, recipiunt dispositionem secundum formam a pronunciante datam, & eius auctoritate: & sic secundum sui significatum. & sic homologationem & confirmationem nō recipiunt, cum arbitri persona ex iuris rigore & publico fauore deficiat: aut secundum sui naturam, & secundum continens & non contentum: & hoc non est de proprio intellectu. Ex secundo prob. quod ultra proprium intellectum non possit operari, ut ex uirtute contineat uoluntariam dispositionem eius quod in sententia continetur: & ad proprium transit, cum hoc soleat ex ueritate procedere, quæ hic deficit propter præsumptum errorem contra donantem, propter presumptam necessitatem ex prima promissione, propter precedentem proximum actum iudici, qui iniunctum ex necessitate processit. item probatur per l. cum de indebito. de pb. item per l. 3. §. scio. de mino. Tertium probatur per l. si uero non remunerandi. §. Inde Papinianus. ff. man. cum ibi non. sic ergo hic cum homologatio non possit operari secundum proprium significatum, nec trahatur ad improprium, ergo nullo modo. Omnia autem in contrarium allegata loquuntur ubi expressum erat plus: ergo idem est in eo quod est minus, uel saltem in utroque eadem ratio, ut l. 2. §. si stipulatus. de uerbo. obligatio. hic loquitur d. l. uerbis ciuilibus. eum si. Secundo præmitto quòd homologatio secundum sui formam & significatum non ordinatur ad nouam dispositionem inducendam: sed ad veterem confirmandam & roborandam. l. si pupilli. §. item quæritur. ff. de negot. gest. aut ergo ualebit per modum comprobatorium alterius actus, & hoc esse non potest: aut per modum absolutę dispositionis: & non potest: quia forma dispositionis non conuenit, & non habet locum illud generale: si non, valet vt ago, &c. propter vitium formæ. nec obstat. l. j. C. qui pro sua iurisdictione. per l. 2. C. communia vtriusque iudicij. quia ibi expresse se retulit ad id quod in sententia continetur nec obst. quod hæc uerba significare videntur substantiam: quia non significant simpliciter: sed qualitatem: & respectu qualitatis & formæ, quia appellatiua sunt: & paria sunt significare qualitatem uel substantiam respectu qualitatis: & sunt paria debere speciem, uel qualitatem respectu speciei. l. in nauem. ff. locat. Iacob. But.

* In l. diem. §. si hęredis. ff. de arb. no. quod ius offerendi. in tex. ibi, compromissum. nec transit instantia ad hæredem, etiam si esset in causa conclusum. no. in ca. ex parte. de arbit. licet sit secus in iudicijs, l. si petitor. & l. si is qui Romæ. de iudi. & l. si hominem. ff. de fideiusso. Bal.

* An per lapsum anni expiret compromissum Bald. in l. si duobus. §. sed si quis. C. communi. de leg. Bar. in l. multum. ff. de cond. & dem.

* In l. quamuis. ff. de arbit. not quod laudum formatum in persona compromittentis transit ad hæredem. Cy. de p̄h. & committen. stipulatio. l. victrici.

* An po-

* An potestas arbitrandi expiret per mortem vnius ex compromittentibus Barto. in quodam suo consilio quod incipit, talonius de spoleto. no. in l. diē. in prin. & ibi Ray. tenet quod transit. & l. sed & interpellatur. de arbitr. & not. in cap. fin. de arbit. & Ioan. Andr. in addit. Spec. in titu. de arbit. §. finitur. in verſi. sed nunquid arbitrator. & ita practicatur. quod si est factum in arbitrum, & in arbitratorem, quod transeat in hæredem, & sic non expiret, cum sit contractus: alias si in arbitrum tantum, tunc secus. & quod not. Bal. in l. si per epistolam. de acquiren. hære. vide in tex. & not. in c. præsentata. de testibus.
* An si arbiter dedit illud tempus ad soluendum quod datur à lege, poterit post moram purgare? Barto. in l. hæc verba. de lega. 1. Alberic. in l. Celsus. eod. titu.
* An ab arbitro electo virtute statuti possit appellari? Barto. in l. j. à quibus appella. non licet. tenet quod sic, & allegat text. in l. fina. in fin. C. de iudic. Bald. in l. j. C. de arbit. ¶ Coram quo iudice? & an iudex rei vel actoris est competens ad cognoscendum de iniquitate. dom. Signorolus in consilijs suis in secunda. parte. quæ incipit. factum sic se habet. facit l. ij. & ibi Barto. C. vbi & apud quos. & infra. not. in secundo fo. dom. Federicus de Senis in suis quæstionibus tenet quod iudex rei sit iudex competens, quia actor sequitur forum rei. Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.
* Nota quod non derogatur iurisdictioni, licet iudex delegatus recipiat cōpromissum. Inno. in c. innotuit. ext. de arbit.
* Quid si fiat compromissum sub dignitatis nomine, an transeat in successorem? Bar. in l. qui liberis. ff. de vul. & pup. & auth. si tamē. de temporib. app. & ibi Bar. dicit quod potest fieri compromissum in aliquos perpetuo durarum. l. falso. C. de diuer. rescrip.
* Si dictum est in compromisso, quod arbiter possit prorogare terminum compromissi, quod teneat prorogatio, licet partes non sint præsentes, & nunciabitur eis per nuncium vel epistolam, Bal. in l. diem. in prin. ff. de arb. & ita exemplificat ibi. alio modo exemplificat in prorogatione dilationis ad comparendum, vt eo. tit. l. qualem. §. Cassius. quia potest prorogare etiā absente & ignorante. fac. l. Labeo. de iureiu. & l. ij. §. si causa. ff. de bon. poss. Bal. & idem Bald. in l. eos. §. apostolos. de app. & in l. j. & authen. ei qui. C. de temp. appel.
* Quod per compromissum non impeditur cursus causæ principalis, secus in instantia appellationis. Bald. in l. si quis rem. ff. de arb.
* An arbiter faciat litem suam: quid de arbitratore, quid de amicabili compositore? Variæ sunt opiniones. no. in l. si merces. §. 2. ff. loca. Bal. in l. si quis in conscribendo ff. de pac. Barto. in l. fin. ff. si mens. fal. mo dixerit. & Angelus in l. si filius famil. de iudic. ¶ Quid si iudex, arbiter uel arbitrator noluit iudicare, an faciat litem suam? Barto. in l. non quicquid. ff. de iudic. & dicta l. fina. & fac. Marc. quod sic. quia ex quo negar facere iustitiam, dicitur facere iniustitiam, extr. de excessib. priuile. capitu. dilecti. facit l. Gallus. §. quid si forsitan. ff. de libe. & posth. secundum vnum modum legendi. Bald. ibi.
* In l. si cum dies. de arbi. an si compromissum prorogetur, censeatur idem compromissum? dicunt quidam, aut prorogatio fuit facta infra diem compromissi, & censetur idem: aut post, & non censetur idem l. sed si manente. ff. de prec. Sed contra uidetur, quia primum dicitur respectu secundi, & econtra: ergo non sunt idem: pro quo glo. hic posita in fi. dicit Alber. de fa-tus, aut fuit dictum in compromisso de die proroganda, & tunc inspecta veritate est nouum compromissum, sed in spectā iurisdictione alias, si nō fuit dictum vere: & iuris fictione censetur diuersum. nec obst. l. sed si manente. quia illud in precario de cuius forma non est diei nec temporis appositio, sed de forma compromissi sic. & hoc credo uerum. Cyn. in additio. suis dicit, aut prorogatio venit ex natura primi actus, vt in precario quod non finitur ipso iure lapsu temporis, nisi reuocetur, & tunc idem numero sunt: sicut officium iudicis, quod prorogatur in tempus successoris. l. meminisse. ff. de offic. procon. si autem est talis actus, qui finitur ipso iure per lapsum temporis, vt est compromissum, tunc cē set ur nouum compromissum: quia forma est mutata ratione temporis. Alij dicunt, aut prorogatio fit cum repetitione contractus, & videtur idem numero. fac. quod no. in l. si unus. §. j. de pac. Item facit l. cum stipulatus sim mihi Procule. de verb. ob. & Læmilius. de min. ibi tamen loquitur in prorogatione quæ erat contra naturam primæ conuentionis: hic præter. adde etiam quod notat Archid. 41. dist. bonę. vide circa hoc quod no. Bar. in l. Titius filius. in prin. in petijs nouis. de excu. tut. fac. quod no. Alberi. in l. non distinguemus. §. dies. & l. Labeo. & l. si arbitri. de arbi.
* In l. Titius. de excu. tut. principium huius legis inducitur per Dyn. in arg. ad quæstionem. Factum est compromissum sub pœna. & dati sunt fideiussores vel pignora de parendo sententiæ, deinde prorogatum fuit compromissum: quæritur an eo lapso teneantur fideiussores vel pignora? Istud primum facit quod sic. §. sed si ita scriptum. facit quod non, dic quod fideiussores non tenentur, dicta l. labeo. §. fin. de arbit. In pignoribus refert, aut pignora erant compromittentium, & tunc tenentur, aut aliorum, & tunc non, vt l. item quæritur. §. qui impleto. loca. de hoc per Dyn. in l. ij. §. mulier. ff. solut. matri. Rayner. de forli. Bald. in dic. l. titius. & Alberi. in d. l. si arbitri.
* Quid si vnus ex litigatoribus factus est monachus, an cogitur arbiter sententiam dicere? dic quod non secundum Vbert. de bobio, qui hoc ponit in l. item si vnus. de arbitris: nisi alius uelit ut sententia feratur. ¶ Quid de eo qui dedit se in adrogationem? tunc cogitur, quia retinet proprietatem bonorum suorum. ut Insti. de acquis. per adrogationem. §. j.
* Nunquid in arbitro uel arbitratore possit adijci in compromisso, quod teneatur, & debeat pronunciare secundum consilium alicuius? vide Bald. super Inno. in c. j. de offi. delega.
* In l. si cum dies. in prin. de arbi. in gl. super ver. compromiserunt not. quod non dicitur compromissum nisi a die acceptationis: ergo ante non currit tempus arbitro. quia ante acceptationem non est arbiter, l. tali. de iur. dot. a prin. Bal.
* In l. Plautius. ff. de procur. dicit Iac. But. si statuto cauetur quod si fuerit quæstio inter vicinos affines & similes, & utile sit clientulo quod fiat compromissum, si est actor, quod cedat iura alicui coniuncto, vel uicino aduersarij: vel si est reus quod faciat aliquem coniunctum vel vicinum aduersarij procuratorem in rem suam, qui suscipiat in se iudicium animo nouandi, & sic petatur fieri compromissum, quod no. & sic terminatum fuit. & fac. etiā quod dicitur in l. cum antea. C. de arbi. in fi. vbi no. quod si vnus timet petere reductionem ad arbitrium boni viri, dat consilium q̄ cedat alicui ius seu officium petendi reductionem huiusmodi, si & in quantum sibi competat sine pœnæ promissione. & sine commissione.
* An possit implorari officium iudicis pro exequendo arbitrio de iure communi? Barto. quod sic. dom. Ange. contra in l. à diuo pio. §. sententiam. ff. de re iudic.
* Nota quod arbitri de iure communi debent pronunciare simul, l. non distinguemus. §. cum in plures. ff. de arbitr. gloss. super verficul. dicant simul.
* An vnus de pluribus possit pronuntiare sine requisitione alterius? Barto. in l. hæredes. §. fi. ff. ad treb. vide in l. si de meis. §. fi. de arbi. Bal. l. ij. §. fi & iudex. de iudi.
* Quid si arbiter statuit certum terminum partibus ad aliquid faciendum, an possit terminum prorogare postquam certum est illud non posse expediri? Bar. in l. cum stipulatus sim. de verb. ob. dicit quod pœna legalis euitatur per prorogationem, secus in conuentionali promissa: secus si non erat promissa expresse.
* In l. Pomponius. §. arbiter ex compromisso. de arb. vtrum possit fieri prorogatio per vnam partem absente alia, vel vnus in vno loco, & alius in alio diuersis horis coram arbitro prorogauerit. Cyn. in additio. dicit quod tenet prorogatio. ar. l. ij. §. conuenire de iudi. quia non desideratur præsentia, cum non sit contractus, sed quædam commissio: nisi forsam ratione pœnæ quę non debetur effectualiter nisi per stipulationem. l. consensu. de act. & ob. li. apparet ex dictis quod compromissum potest fieri per partem seorsum ab alia, si ad hoc vt pœna committatur, promittatur alteri recipienti pro parte. l. quæcunque. de act. & obli. Bal.
* Nota quod si quis vult quod omnia ueniant in compromisso, adijciat clausulam quod intelligitur de omnibus de quibus fuerit laudatū. ita dicit Bal. in l. si cum dies. §. plenum. ff. de arbit. Bald. ibi de ibi Alberi. & ibi quærit an possit fieri compromissum de quæstionibus futuris.
* In auth. nisi breuiores. C. quomodo & quando iudex. dicit Bar. quod si arbitro & arbitris est data potestas sententiandi & iudicandi in scriptis, & sine scriptis, ut fit communiter, quod eius dicto stabitur de omnibus quæ dicet acta esse coram eo. hæc opinio est valde periculosa, & arbitramenta talia non possent reduci ad arbitrium boni viri: & aperiretur via multis malitijs: nam arbiter non haberet dicere nisi, Et quia coram nobis fuit plene probatum Titium debere vel non debere: & sic absoluo, uel condemno, quod esset absurdum. Præterea ubi acta ad sui substantiam requirunt scripturam, non possunt probari per testes, nisi allegetur scripturam factam perditam, extra. de probatio. legijs. capitul. cum olim. sed ibi non requiritur scriptura. communis opinio est quod possint per testes, l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. & Innocen. in capitu. quoniam contra falsum. extra. de proba. vnde frustratoria esset ista probatio, si crederetur verbo iudicis. Angelus.
* In l. non distinguemus. §. cum in plures. de arbit. dic, quod aut agitur in compromisso quod omnes arbitrentur, aut quod vnus, aut quod simpliciter. Bald. ibi distinguit, & Dyn. in additionibus suis. Cyn. primo casu non valeret, nisi omnes concordent: nec sufficit quod maior pars &c. Secundo casu valet vnius sententia etiam alijs non requisitis: in tertio casu sufficit quod maior pars. hoc dicit Bald. in verficul. separatim cogere &c. nec etiam duos esse præsentes sufficit, nisi esset actum in compromisso, quod duo possent absente tertio, vt hic per Cyn. in addi. quod non credo verum: quia quando ex forma pacti est, quod stetur dicto maioris partis, tunc non est necesse quod minor pars citetur, vel sit præsens, sicut cum est actum quod vnus possit pronunciare, non oportet alios vocare, vt supra. hoc §. j. respon. secus si non sit per formam pacti, sed per formam iuris communis, vt supra. eod. sicuti. & est ratio, quia pactum debet aliquid operari.
* Quærit Cyn. quid si est actum quod quilibet possit ferre sententiam, & omnes sunt præsentes, & vnus pronunciat, alius secundo, alius tertio, cuius sententia præualebit? & dic eius qui præuenit in sententiam ferendo primam, sicut in pluribus procuratoribus dicitur. l. pluribus. de procurator. secundum Iacob. de ra. nisi forte intendat alios etiam sibi associare, & non solus pronunciare, arg. c. cum super. de offi. deleg. Bal. & episcopus Vicen. c. j. de arbi.
* An in arbitriis instantia possit durare vltra triennium? glo. in l. sed si compromissum. de arbit. videtur dicere: & vide quod ibi not. glo. tamen not. contrarium in l. item si unus. in princip. in glo. scilicet post quinquennium. eod. titu.
* An lauda & arbitramenta dicantur instrumenta confessionata, quæ ex forma statuti mandantur executioni, sicut sententia, Bar. in l. unum ex familia in prin. de leg. 2.
* An arbiter possit laudare de fructibus & expensis, quamuis de ipsis nō fuerit factum compromissum? gl. quod sic. l. non distinguemus. §. item non est cogendus. de arbi.
* An coram arbitris possit peti restitutio in integrum? no. in l. fin. C. ubi & apud quem.
* An valeat pactum de non reducendo ad arbitrium boni uiri? Barto. in l. quidam cum filium. de verbo. oblig. fac. quod not. Bald. in l. cum antea. C. de arbi. Alberi. in l. quidam cum filium. & l. si quis arbitratu. de uerbo. obliga. & l. si vnus. §. illud. ff. de pact. & Bald. & Alberi. in rubri. de arbit. uide supra. verficul. si arbitro est data potestas. & infra. verficul. an impediatur.
* An incidat in pœnam ille qui promisit non repetere reductionem ad arbi-

trium

trium boni viri, si petat, & succumbat. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligation. & l. Iulianus. de condictio. & demonstratio. Ioannes. Andreas. in Specul. de arbitro. §. sequitur. in additionib. suis. sed quid si obtinet in parte & in parte non? vide Bald. in l. sancimus. C. de arbit.

* Nota quod si arbitri absoluunt partes ab instantia iudicij, & dicunt partes esse in suo gradu, non dicuntur terminare, & incidunt in pœnam statuti. Barto. in l. generali. de decu. lib. decimo. & l. qualem. de arbitr. pro Bart. vide not. in l. transactio. C. de transa. & in l. non distinguemus. § quæsitum. de arbit.

* An in sententia arbitri requiratur scientia partis, & quanto tempore duret potestas arbitrandi. Bar. in l. si quis arbitratu. de verb. obli. Bal. in l. fi. de contrah. empt.

* Nota quod arbiter absoluit ab obseruatione propter contumaciam partis non comparentis, sicut facit & iudex. Innocent. in capitul. ex parte. de arbit.

* Nota quod illud est æquum arbitrium in alio quod bonus vir appetit in se, l. i. de solut. est autem bonus vir, qui innocentia consilij pollet. l. cæteræ. §. j. famil. erciſc.

* Quid si compromissum factum est in arbitratorem & arbitrum generaliter, an possit præcipere quod fiat quietatio generalis? hanc quæstionem ponit Barto. in l. Aquiliana. de transactio. & dicit quod non. ¶ Quærit etiam ibi, quid si erat quæstio de quodam fundo, & dedit arbitro plenam potestatem, an poterit cogere alteram partem vt det aliam rem, de qua non erat quæstio? & dicit quod non. per l. non distinguemus. §. de officio de arbi. secus si pecuniam: quia pecunia est per quam omnes res æstimantur, & sic alia res esse non videtur. l. si ita. de fideiuss. Bar.

* Quid si sententia arbitri est nulla ipso iure: nunquid si non pareatur, possit agi ad pœnam? gl. in l. ita demum. in fi. de arbi.

* An arbitrator possit ferre sententiam per alium, vel per literas absentibus partibus? vide Gulielmum. in l. episcopale. de episcopali audientia.

* An coram arbitro iuretur in litem? l. non ex omnibus. ff. de arbi.

* An acta coram arbitro, attestationes, & confessiones valebunt apud ordinarium, nota in l. penultima. §. final. C. de arbitris. ¶ An acta facta coram ordinario valebunt coram delegato? quod sic. l. gesta. C. de re iudica.

* Ex sententia arbitrali ad tradendum rem qui est condemnatus ipsam tradidit, demum res redit ad ipsum condemnatum, qui restituere non vult, an cadat in pœnam compromissi? not. in l. inter Castellianum. ff. de arbitr. Cyn. in l. si quis. C. de institut. & substitut. l. si fideiuss. §. meminisse de leg. 1. Iacob. de Are. in l. piscari. ff. de acquirend. rer. dom. & dicta l. inter Castellianum.

* Quid si factum est compromissum in arbitro, an possit pronuntiare partem esse restituendam? glo. & doct. quod sic, in l. fina. C. vbi & apud quem. nam & delegatus potest pronuntiare quem fore mittendum in possessionē, licet ipse non possit mittere, l. iubere. ff. de iur. om. iud. do. Signorolus in cōsilijs suis tenet.

* An arbiter possit sibi reseruare potestatem iterum arbitrandi? Barto. in l. si quis arbitratu. de verb. obli. & l. quid tamen. & l. arbiter. & l. dicere. §. videndum. ff. de arb.

* Quid si testes iurauerunt coram arbitro, sed non deposuerunt, quia compromissum interim expirauit, & quæstio resuscitatur coram iudice ordinario, an ijdem testes iterum iurabunt coram iudice ordinario? pro & contra fac. quæ est. C. de iura. cal. & l. inter litigantes. de iudi. sicut alias dicitur in l. qui bona. de dam. infec. & quod notatur in l. plures. de arbit. de isto iuramento notant Innocen. Hostien. & Ioan. And. in capitu. de testibus, extra. de testi.

* In l. sicuti. de arbi. ibi, animi sui motum. ex hoc nc. quod si quid est commissum pluribus per reformationem vel statutū, quod ille qui se absentat, non potest committere vices suas alteri: quia electa est industria certæ personæ. & ita seruatur.

* Item not. quod si est commissa quinque syndicis syndicandi potestas, & quatuor volunt ipsum absoluere, quintus autem non vult, non valet: & ad hoc vt absolutio non ualeat, fuit consultum, vt ille quintus non pronunciaret, sed taceret. Idem dicit Franciscus Accursius. si quis vltra faceret, vt condemnatio non teneat. & hoc intellige nisi in statuto vel prouisione dicatur quod stetur maiori parti. & adde quod nota. per Archidia. 2. quæstione. secunda. capitu. iudicibus. & capitu. si episcopus. Bald. no. inf. de sententia.

* Nota quod ille qui venit contra laudum excipiendo incidit in pœnam cōpromissi: Bald. in l. j. de ordi. cogni. in repertorio suo super Innoc. & dicit, quod non.

* Nota quod nisi pœna est apposita. laudum non potest homologari. l. ij. & l. si duo rei. ff. de arb. Bal. ¶ Arbitrio boni viri multa requiruntur, Innocen. in c. prudentiam. de offic. delcg. ¶ An expressio diei facta ab arbitro impediat purgationem moræ. Bart. in l. iij. de leg. 3. ¶ Quæ verba important arbitrium boni viri? Barto. in l. Lucius. de fideicommissa. liber. ¶ Quando plures concordant in maiori summa eis statur. Bald. in l. diem. §. si plures. ff. de arbi.

* Quod maiori summæ minor inest, non habet locum in speciebus, capitul. cui non de sacerdotali, de præbend. libr. sexto. l. qui lancem. ff. de auro & argent. lega. item intelligitur quando minor summa profertur absolute, secus si respectu alicuius corporis, l. si tibi 10. ff. locat. & sic non haberet locum super declaratione precij alicuius rei: & fac. in ratione sui, l. si is cui. de nouationibus. adde quod notat Guilel. in l. si ex multis. de annali exceptio. facit, quod not. Bald. l. prima. C. de testamentis. Archidiac. 2. quæstione. nona. capitul. quisquis. facit. Bald. in l. prima. C. de senten. quæ sine cert. quan. & l. secunda. C. de iudic. & l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus eorum.

* Nota quod quando est actum vt duo sine tertio procedant, an debet tertius cum alijs expectari, & vocari ad procedendum, vel sententiandum? Dic. quod sic: quod nota. Archidiacon. capitul. si contra. libr. sexto. Innocen. in capitul. cum plures. de offic. dele. & Hostien. in capitul. prudentiam. eod titu.

* Not quod licet statutum prohibeat appellari, vel de iniquitate agi, tamen iudex ex officio suo poterit illam iniquitatem retractare. glo. & Archidia. 2. q. 6. à iudicibus. quæ opinio probatur in capitu. 2. de arbit. & idem Ioan. de Lign. fac. l. diem. ff. de arbitr. coniuncta. l. 3. C. eo. tit. vide infra. verii. si arbitria non possunt.

* In l. item si unus. §. si in tres. alias. l. celsus. not. quod præsentia vnius potest trahere alios ad suam sententiam. & ideo quod est commissum pluribus, non potest nisi omnibus præsentibus explicari. nisi forte sit dictum quod sufficeret maior pars: quia ut aliquid ualeat pactum, intelligam in minori parte absente.

* Quid si apparet de intentione absentis, nunquid præsentes possunt tunc iudicare, cum sit maior pars? Innocen. quod sic in capitu. Raynutius. de testamen. & ibi tenetur contrarium, quia posset ille mutare propositum in presentia aliorum. & quia text. dicit expresse in præsentia. adde quod not. Archi. 65. dist. c. fi. & Barto. in l. duo ex tribus. de re iud. & ista pars est uera, quia quantumcunque liqueat de intentione absentis, tamen propter formam compromissi oportet quod vnus non pronunciet seorsum ab alio, ar. l. Pedius. §. j. ff. de arbit.

* Nota quod pœna non debet peti ex vi laudi, sed ex vi compromissi. l. quid tamen. in fi. ff. de arbi. qui docet formare libellum in hoc, vnde si statutum dicat quod laudum mandetur executioni, non mandabitur quantum ad pœnam ex forma talis statuti, quod no. Bal. sed ipsa pœna petitur actione ex stipulatu.

* Sed nunquid homologatio possit fieri per partes ante sententiam latam, vide in c. scienti. de reg. iu. lib. 6. Bar. dicit in l. quod de bonis. §. fina. ad l. fal. ubi hoc tangit. fac. quod not in l. plures. C. de arbi. Bald. in l. super rebus. de contrah. empt.

* Factum sic se habet, Duo, quorum vnus erat Marsilienſis, alter Pergameusis, adinuicem contraxerunt societatem in territorio Pergami. Subsequitur de his quæ habebant simul facere contractum societatis. fuit factum cōpromissum Marsiliæ in A, & B. & ipsi virtute dicti compromissi Marsiliæ tulerunt arbitria sua. finaliter dictus Marsilien. non bene contentus de dictis arbitris, ipsum Pergamensem reperit Marsiliæ, & ibi ipsum citari fecit coram Potestate Marsiliæ, & ibi libellum porrexit, dicens ipsa arbitria esse iniqua, & fore reducenda. Ex aduerso Pergamensis excipit Potestatem Marsiliæ non esse iudicem competentem pro parte Marsilienſis replicatur quod compromissum & arbitramentum fuit factum in ciuitate Marsiliæ, & quod ipse Pergamensis Marsiliæ est repertus, & quod ibi citatus super his omnibus quæritur quid iuris? domi. Signorolus in consilijs suis. hic expedit videre, an ad resolutionem contractus attendatur locus contractus? de hoc per Bald. C. vbi & apud quem. l. j. ij. quæstio. & 5. in quæstio. quę incipit. Petrus. vbi tenet quod iudex rei sit iudex. Angel. in l. si suspecta. ff. de inofficio. testamen. §. fi. & Bald. in d. l. ij. C. ubi, & apud quem. & no. in l. j. de summa trin. & fi. cath. Guil. in l. qui certo loco. de condictio. indeb. & l. ij. §. j. de eo quod cer. lo. & reiectis multis allegationib. hincinde, sic uidetur dicendum quod ad detegendum iniquitatem dictorum arbitrorum agitur in casu nostro actione descendente ex contractu societatis. l. vnde si neruæ. ff. pro socio. & sic cum ipsa actio pro socio duret 30. annis, sic & petitio reductionis: licet Specul in hoc titu. §. sequitur. teneat contrarium. si ergo agitur actione descendente ex eo contractu celebrato super territorio Pergamensi propter iniquitatem arbitrorum commissam Marsiliæ non attenditur locus Marsiliæ, iuxta glo. l. si vxor. de iudica. & hoc puto verum quando arbitramenta facta sunt super contractu bonæ fidei, qui producit actionem ultra ea quæ sunt acta & cogitata, dicta. l. & secundum hoc non esset forte male dictum quod ex quo iniquitas processerit Marsiliæ possit hoc intentari ex verbis generalibus authenticæ, qua in prouincia. & hoc verum, si arbitramenta facta sunt super præambulo contractu stricti iuris: si vero super contractu bonæ fidei, tunc attenditur locus contractus, ex quo agitur. Signorolus in secunda parte suorum consiliorum, in consilio quod incipit, factum sic se habet. circa finem. vide in quæstionibus Federic. de Senis.

* Dominus Angelus in l. certum. circa fin. de confessis. dicit, quod si data est potestas arbitro uel arbitratori ferendi sententiā parte absente, uel parte non citata, quod si per partem fiat confessio coram eis in parte absentata, quod talis confessio prodest absenti. quod not.

* An consanguineus veniens ad defendendum extraneum possessorem, possit ex sui persona petere causam compromitti? Bartolus. in l. si minor. de iure fisci. libro decimo. & l. procurator ad exhibend. ff. rem ratam haber. Bald. in l. prima. C. vbi in rem actio. Bartol. & Angel. in l. uenditor. de iudic.

* An minor possit supplicare uel petere restitutionē contra arbitramenta. not. in l. prima. C. si de mo. po. fu. ap. & l. postquam liti. de pa. Signorolus in consilijs. Bald. in l. eos. §. fin autem. de appellat. & l. non videtur de in integr. restitutio. & an possit appellari? Bald. & Albericus. C. de appellat. in rubrica.

* Si arbitramenta non possunt dici iniqua, an iudex videns ea iniqua, possit ex suo officio retractare? facit in simili quod sic l. plane. & l. fi. de petitio. hæred. & not. in cap. quintauallis. de iureiur. per Hostien. & Ioan. And. fac. Inn. in c. causa resti. de in integ. resti. super ver. incidenter. & gl. & Archid. 2. quæst. 6. e. à iudicibus. & Io. de Lign. c. 2. de arbi. vide sup. ver. nota quod licet statutum.

* In l. dicere. in prin. de arbi. nota quod arbiter debet habere affectum pronunciandi. & dicunt doct. quod nisi sciat se arbitrum, non tenet pronuntiatio. fa. l. pen. de eo qui pro tutore. & quod notauit Inno. in c. ex conquestione de restit. spol. Bal.

Pone

* Pone q̃ compromissum est in aliquem tanq̃ in arbitrum, & arbitratorẽ, & sub pœna de non reducendo ad arbitriũ boni uiri, postea arbitrator me ini quæ demandauit: timeo petere reduci ad arbitrium boni uiri propter pœnã quo facere potero? Iaco. Butrig. dat talem cautelam, q̃ cedam hoc modo, Si quod ius mihi apetit reductioni boni uiri, cedo tibi quatenus idem com petit sine pœnæ præstatione, tunc enim certum est quod tibi competit, quia huic renuntiari non potest per pactum l. si vnus. §. pactus. de pactis: & sic po tes cedere, nec ab eo petetur pœna, quia non promisit, nec à te, quia non petis: quia cessisti quatenus tibi competeret. Iac. Butri. hoc ponit in l. quia §. opus. de aliena. iud. mut. cau. fac. & in l. cum antea. in fi. C. de arb.

* In l. non codicillum de testamen. hæc l. est in argumen. quod si ille qui est assumptus vt arbiter & arbitrator, cognouit vt arbiter, non potest pronunciare vt arbitrator. quod non videtur verum, quia vtraque potestas est data sibi, nec vna tollitur per cessionem alterius, vt in capitu. cum ex officij. extra, de præscriptio. per Innocentiã ne tamen credo quod si cognouerit ut arbiter, videatur pronunciare vt arbiter, & sic non possit appellari, nec reductio peti, ut d. l. diem. §. stari. si autem non seruauit præceptum arbitri, non potest ut arbiter pronunciare, sed ut arbitrator: & ideo potest peti reductio. l. vnde si Neruæ. pro socio. si vero dixerit, pronuntio vt arbiter & arbitrator, si quidem potest vtroq; modo valere, valet fortiori modo quo potest, argumentum. ff. de seruitut. vrban. prædi. l. si domus. & l. si vero lex. posset tamen dici contrarium, quia arbitri sententia vltima est, l. 1. de arbitr. sed arbitratio est sicut quædam transactio, in authenti. ut differen. indi. §. 1. & quia in dubio res debet valere, intelligitur quod debeat valere iure arbitratoris: & sic si est iniquitas debet corrigi per superiorem. & hæc est uera. Bar. & Bal. in l. si dominium. ff. de fur.

* Nota quod si sint tres arbitri sine clausula, ita quod sint omnes, &c. si sint omnes præsentes potest ferri sententia per vnum in præsentia omnium. hoc prob. per text. in capitul. fina. extra, de re iudica. libr. 6. nec est necessarium quòd omnes loquantur, vt voluit Barto. in l. duo ex tribus. de re iudica. nec sufficit præsentia sine mandato, secundum quod volunt Albe. Odofre. & Ioan. Andr. in capitu. fina. de arbitr. & Alberic. disputauit hanc quæstionem, & terminauit quod sufficit sola præsentia cum mandato, dato q̃ non loquantur omnes, alias oportet quod omnes loquantur, quando non interuenit mandatum. sic saluat Barto. Segnorolum in consilijs in 2. parte, in princip.

* Si statuto caueatur quod si quæstio fuerit inter affines, cogantur ad compromissum, non habet locum inter sponsum & sponsam minores, quia dicitur affinitas cœpta non completa. Bal. allegat gl. in l. q̃ seruius. in fi. super vers. affinitatis. de condictio. ob cau. vide eundem Bal. in l. 3. in prin. C. unde vir & uxor. ubi vult, q̃ etiam maritus & uxor non sunt affines, & sic nõ habeat locum in eis dictum statutum.

* In l. item si vnus. §. ff. de arb. q̃ si ex confessione eius à quo petitur, duo præsentes pronuntiat, ita q̃ non est verisimile virum bonum aliter pronunciare. Inn. in c. Raynaldus. de testa. dicit q̃ valet. Bal. contra, quia non est seruata forma compromissi. quam rationem non consideruit Inn. licet consideruerit vnam solam rationem.

* In l. si in tres. de arbit. Bald. dicit quod Innocen. in capitul. Raynaldus. de testamen. dicit quod si arbitri fuerunt simul in allegationibus, & unus quisque dixerit allegationes suas, q̃ postea duo poterunt pronunciare absente tertio, cuius contrarium dicit Bar. in l. duo ex tribus. de re iudi. vide Bal. in l. nohambigitur. de leg. ad quod allegat dictum Inn. positum in dicto capit. Raynaldus.

* Arbiter qui ex forma statuti tenetur sub certa pœna intra 40. dies facere arbitramenta sua, an teneatur facere citare partes ad audiendam sententiam? Bar. in l. societatem. §. arbitrorum. pro socio. & l. si de meis. §. fi. de arbitris. Bal. contra in c. 3. quo tempore miles. & ibidem Inno.

* In l. si cum dies. §. si arbiter. de arbit. Bal. dicit, quod prorogatio potest fieri de loco ad locum, sicut potest fieri de tempore ad tempus. argumẽ. l. quæro. ff. de solu. Cyn. dicit quod non credit q̃ possit in arbitro fieri prorogatio de loco ad locum, quia non est iurisdictio, sed officium quoddam. Bald. ita dicit ibi ut s. dixi.

* Nunquid in arbitris sit lis contestanda, & iuramentum calumniæ præstandum. Bal. quod sic in l. cum antea. C. de arbi. & an vitium litigiosi inducatur per litis contestationem factam coram arbitro? Bal. quod sic in d. l. cum antea. & c. cum dilectus. extra. de arbitris.

* Nunquid per cumpromissum & sententiam ex ipso secutam ualidatam & homologatam dicatur reus fortiri forum, ut possit ibi conueniri actione in factum? dic quod non si alibi forum originale habet, dicta l. cum antea. versi. in hac quidem. quid de sententijs latis per duos arbitros? vide Ange. in l. si pars. de inoffi. testamen.

* Nunquid arbiter possit cogere partes ad salarium sibi dandum? Iac. Bald. dicit q̃ sic. arg. l. in sacris. de prox. Spe. eo. titulo. §. fi. Sed quo iure compellet partes dic actione in factum? quia hoc suggerit æquitas, arg. l. quotiens. de præscriptis verbis. vel iudicis officio ad instar aduocati. l. 1. in princ. de va. & extraordi. cogni. uel non compellatur arbitrari, nisi recepto salario, quidam enim &c. l. 13. est quidem. de var. & extraord. cog.

* An arbiter possit mittere in possessionem causa rei seruandæ. in contumaciam nolentis parere? dic q̃ nõ, quia est mixti imperij, Liubere. ff. de iurisdom. iud modo arbiter habet solum notionem, non iurisdictionem l. ait prætor. de re iudi. fac. l. non ex omnibus. de arbi. cum gl.

* A quo compelletur arbiter sumere compromissum? dic à iudice suo non ab alio. l. 3. §. tameth. de arbit. sed quid si sunt diuersarum iurisdictionum? dic quo l quilibet compelletur per suum iudicem, licet hoc sit difficile: & ideo tutissimus litigatores committunt se in arbitros diuersarum iurisdictionum.

* Nunquid de articulo & super articulo iuris possit fieri cõpromissum Bal. & Cy. in l. cum proponas. de rebus credit. & iureiuran. dicunt quod sic, licet dicat contrarium Pet. sed nonne fiunt compromissa quod sententietur de iure? & conditio iuris potest apponi in compromisso, ut notauit Innocen. in cap. si pro debilitate. de offi. delega. Respondet Bal. quod de iure pro laudo potest fieri compromissum, sed de iure quod potest apparere per aperturam librorum, non potest: secus autem si esset quæstio in qua essent varie opiniones. vide l. cum prolatis. de re iudic. illud ergo credo esse ius in talibus quod arbiter inter partes declarat. potest ergo saluari ista lectura in l. cum proponas. quod hic non fuit compromissum super potentia iuris, sed super ualentia. & sic glo. saluatur.

* In authentic. generaliter. de episcopis & cleric. dicit dominus Bald. quod habens iustam causam petendi reduci ad arbitrium boni viri, excusatur à pœna compromissi, si succumbat. & hoc tenet Ioan. Andr. in additionib. Specu. titulo de arbit. in collatione 6. uersi. in eodem. ff. loca. contrarium tenet Dynus in consiliis suis. fac. l. qui Romę. §. duo fratres. de uerbo. obliga. Bal. in l. si. ff. de arbi.

* Quando pœna succedit loco contemptus sententię arbitri, an possit peti, si non interfit petentis? Dic aut fit principaliter contra sententiam, aut accessorie, & non directe, primo casu potest peti, secundo non, not. glo. in l. cũ pœnam. ff. de arb. & Bal. & Bar. ibi. & in l. si quis à socio. ff. pro soc. & in l. 2. §. fi. de verb. obli.

* Quis mandabit sententiam arbitri executioni? dic q̃ iudex suus. l. veluti. ff. pro socio. secundum Vgo. non autẽ arbiter. Bal. in l. si iudex. de his. qui sunt sui vel alie. iur.

* Quid si iudex reductionis pronuntiauit errore arbitratum esse æquum nũquid pœna possit peti, posito q̃ sententia sit erronea? Bar. in l. fructus. de rei uendic. dicit quod sic: secus si iudex non pronuntiauit arbitramentum esse æquum, sed partem conuentam simpliciter absoluit a petitione. non enim per hoc videtur pronunciari arbitrium esse æquum. allegat l. Iulianus. in gl. magna. in princip. de condictione indebi.

* In l. quid tamen. §. fina. de arbitr. quid si arbiter condemnat Titium ad dãdum mille infra mensem, & si infra mensem non dederit, cõdemnauit eum ad dandum duo millia? quod talis sententia non valet, dicit Barto. quoad mille, quia super pœna pronunciare non potest, vt hic est ergo consilium quod dicat, Condemno Titium ad dandum duo millia infra mensem, & si soluerit mille intra decem dies, talis debeat absolui a duobus millibus. & ex nunc sit absolutus. Barto. vide not. s. in uerficul. not. quod pœna non debet peti, &c.

* Quid si in compromisso renuntiatum est ferijs introductis in honorem Dei, & de ferijs repentinis, ut not. in l. si feriatis. de fer. cum ius publicum & diuinum equiparantur. l. fin. C. de sacrosanct. eccles. clem. sępe. de verbo. signific. Bald.

* Nota, an impediatur reductio ad arbitrium boni viri Ioan. And. hoc titulo dicit, quòd sic quòd si partes per pactum renuntiant reductioni ad arbitriũ boni uiri, & omni iuri, & actioni pro illa petenda competituro, quatumcunque iniquè arbitratum sit, & quantumcunque enorme præiudicium per illud alteri partium inferatur, & hoc casu sic expresso, quantumcunque dam num, vel læsionem re ipsa contineat laudum, non erit locus reductioni. & sic fuit terminatum, vt dicit, & etiam subdit ibi, si est iuratum. nam si ibi iuratum sit, & arbitrium sit iniquum, dolo arbitri potest peti reductio, & non est periurus: sed si re ipsa est iniquum, tunc superior ex officio suo, tamen implorato, potest corrigere iniquitatem. sed si pars peteret reductionem, esset per iura. l. Bal. in l. si vnus. §. illud. de pac. dicit quod nulla pactione potest tolli reductio ad arbitrium boni viri. vide eundem in l. cum antea. C. de arbit. in q. sed iuxta prædicta quæro. & q. sequen. vbi tenet quòd pro minima, vel etiam non minima, tolerabili tamen læsione non competat reductio, sed pro enormi sic. & hæc in pacto tantum: de iuramento autem nil dicit ibi, q̃dam autem dom. Florianus doctor Bononiensis repetendo. §. arbitrorum. in q. quæ incipit, quid si fit iuramentum. ualidata. j. per 2. columnas, uersi. hoc videtur procedere. videtur tenere quòd quando est iuramentum ratione modicę læsionis, non possit dici iniquum: secus ratione immodicæ, & ubi est iuratum. & postea. j. per duas alias columnas ver. ut igitur non possit. dat consilium ut non possit peti reductio etiam enormissimæ læsionis, videlicet q̃ partes concedant arbitro liberam & absolutam potestatem ius unius partis in totum & in partem alteri concedendi, & donationis titulo conferendi. item dat aliud consilium, secundum Dy. s. quod extra compromissum si sibi inuicem partes pœnam promittant si aliquis contrahentium non seruat laudum ferendum, quia tunc nil aliud quæritur, nisi an aliquis contraueniat. & vide illam repetitionem quæ multa pulchra dicit, quam habent domin. Ioann. de Tabernis, & dom. Iacob. de Arzonibus. vide etiam domin. vincen. in dicto cap. quintauallis, qui sentit idem quod supradictus doctor, scilicet aut est enormis læsio, aut non. fac. quod not. Bal. in l. 1. C. de his quæ pœnæ no. Bal. in l. incertus. de transac. Alber. & dom. Segnorolus in l. quidam cum filium. & l. si quis arbitratu. de uer. obl. uide s. verfic. si arbitro est data potestas. & uersic. an ualeat pactum.

* Vnde dicatur arbitrium, Cardina. & Archid. extr. de arbi. super rubr.

* An arbitria possint reduci ad arbitrium boni viri Alber. tradit formam in rub. ff. de arbit. & etiam aliquid notat in l. si quis arbitratu. ff. de uerb. obli. Bal. in l. si vnus. ff. de pactis. tenet contra Alberic. etiam in l. quidam cum filium. ff. de uerb. obli. Bal. in l. fi. C. de contrahen. emp

* An arbiter sumatur solum super litigio, & arbitrator super contractu, Segnorolus in l. si quis arbitratu. ff. de uerb. obli.

* An laudum ante quam feratur possit homologari? Bald. in l. ne in arbitris. C. de arbi.

* Si data est potestas arbitro pronuntiandi alte & basse. Bal. in l. cum antea, C. de arbi. & in vsib. feu. de l. corradi. c. 1. §. porro. facit quod not. Bald. in 1. consti. C. §. quibus. in fi.

* An arbiter possit citare partes? Bald. in l. cessante. C. quomodo & quando iudex.

* Quando est data potestas arbitro procedendi de iure, & de facto, & pronũtiandi de iure. Bal. in l. qui procuratorem. ff. de procurator.

* An statutum cogens agnatos & parentes ad compromissum sit fauorabile? Bald. in l. qui se patris. C. unde liberi. circa principium ultimę columnę tenet quod sic odiosa litium. allegat l. fi. ff. fa. ercis.

* Quid si compromittatur in duos hoc pacto, ut non admittatur tertius, nec eligatur? Alber. in l. item si unus. §. principaliter. & l. 3. §. tameth. de arbi. ff. & Bal. ibi hoc limitat.

An si partes non velint parere sentẽtiæ huiusmodi tertij, committatur pœna. Iac. Butrig. q̃ non, sed ex eius sententia nascetur actio in factum, ut l. 3. §. tamesi. de arbit. & l. item si unus. §. principaliter. eo. titu.

Si arbiter condemnauit ut locet, & locauit: sed postea vendidit, & emptor expulit illum conductorem, an committetur pœna compromissi, vel pœna apposita in instrumento locationis? Barto. in l. si fideiussor. §. meminisse. de leg. j.

Si statutum prohibet arbitria facta inter agnatos, affines &c. posse dici iniqua, mala, nec querelari, nec supplicari, nec appellari, an possit peti restitutio in integrum. do. Segnorolus in consilijs in tertia parte, consilio 62. consuluit quod sic. Bal. in consilijs tenet contrarium. fac. quod not. in l. j. C. si de momen. poss. fuer. app. & l. postquam. de pactis. & l. eos. §. cautione. C. de appel. & l. nemo videtur. de in integ. resti. Bal.

An in arbitrijs possit opponi exceptio doli? Bal. in rub. C. de app.

An partes possint compromittere diuersis vicibus? Spe. in titulo de arb. §. excipitur. tenet q̃ sic: Inno. in c. scriptum. de elec. Cynus in additionib. suis in l. fi. & l. si cum dies. ff. de arb. in gl. quæ incipit, si finita. Bart. in quæ. quam disputauit, quæ incipit, consuetudo disponit.

Si compromissum est in aliquem, vt arbitretur secũdum suam conscientiã, an poterit reduci ad arbitrium boni viri. fac. domi. Bal. in l. j. C. de iureiur. & c. statutum. de rescrip. lib. 6. §. assessorem.

Statuto caueẽ q̃ oẽs causæ & quæstiones p̃mittantur: quid si apparet sententia lata an cogẽtur partes ad compromissum? Bal. in j. p̃stit. C. §. quibus.

Nota quòd quis cadit in pœnam excipiendo sicut agendo contra arbitramenta. Bal. in l. non solum. §. si status. de procurator.

An compromissum in arbitratorem fiat mutatione iudicis, vel iurisdictionis. Bal. in l. 2. C. vbi in rem actio.

Qũ dicatur arbiter iniquè arbitrari. gl. Instit. de ẽhen. emp. §. precium. super versic. definierit. Barto. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.

An iudex reductionis possit cognoscere de nullitate arbitramentorũ. Bal. in c. 3. quo tempore miles. 10. coll. & l. arbitrorum. C. de arbi.

An de publica vel populari actione possit compromitti? Iac. Butrig. in l. licet. C. de procurator.

Quid debeat probari quãdo petitur reductio ad arbitrium boni viri. Bal. in l. 2. C. de rescind. ven. ¶ An petitio reductionis ad arbitrium boni viri, sit actio de nullitate, an de iniquitate. Bal. in l. arbitrorum. C. de arbit.

An ex sola contumacia quis incidat in pœnam? Bal. in l. 2. C. de arbi.

Nota quod si arbiter vt arbitrator cognouerit, in dubio videtur pronunciare vt arbiter: sed si pronunciauit ut arbiter & arbitrator, de hoc p̃ Bal. in l. non codicillum. C. de testamen.

An compromissum prorogatum dicatur idem, vel aliud? Alberi. in l. si cum dies. in prin. & l. Labeo. & l. non distinguemus. §. dies. de arbit. Bal. 10. collatio. de lege corradi. §. inter pares.

An arbiter possit arbitrari partes de nouo debere in se cõpromittere Bal. in l. si quis sub conditione. de conditio. & demon. & contra Bar.

Quid si decedat vnus ex arbitris, vel vnus ex arbitratorib. nunquid expiret. Alberi. in l. item si vnus. ff. de arbit. tenet q̃ sic, & not. in ca. vno delegatorum. de offic deleg. & q̃ notat Bald. in l. 3. C. quando prouoc. non est necc.

Nota quod licet sententiæ arbitri debeat stari siue ęquæ, siue iniquæ, tñ de iure canonico secus. 2. quæst. 7. c. iudici. Bal. in l. si seruus plurium. de leg. 1.

An coram arbitro possit opponi exceptio compensationis, Bal. in l. j. C. de arbitris

An arbiter possit in totum absoluere? Bal. in l. quod si Ephesi. §. interdum. de eo quod certo loco. & videtur q̃ non, cum sit quædam transactio: tamen ipse tenet contrarium.

Si compromissum est factum inter laicum & clericum super reductione ad arbitrium boni viri, episcopus adeundus est. Bal. in l. præcipimus. de app. & quod not. Barto. in l. Titius filijs. in prin. de excusatio. tuto. in petijs nouis. & l. iuris peritos. §. 1. eodem titulo.

Nota q̃ propter nimiam difficultatem arbiter potest quæstionem sibi compromissum per modum compositionis terminare, & partes cõponere. Bal. in l. si pater. de conditio. insti.

Si est dictum in compromisso, q̃ procedatur de facto, & pronuntietur de iure & veritate. Bal. in l. illa institutio. de hær. inst. & l. iustitia. de iust. & iur.

An secundum laudum contra primum de consensu partium valeat. Bal. in l. si diuersa. C. de transa. & an sententia lata possint partes compromittere, ibidem quod non, nisi dicatur non obstante sententia. & quod no. Ang. in l. potest rem. & l. cum hi. §. sed cum lis. de transactionib.

An arbiter possit citare testes? Bal. quod non in l. sed & interpellatus. §. arbiter. de arbi. sed Spec. in titulo, de citatione. §. j. versi. sed nunquid arbiter. quod non. & an possit citare partes. Bal. l. j. C. de arbi.

Si arbiter adiudicauit vnam domum, sed reseruauit sibi condemnationẽ quam volebat illum dare alij, qui discessit ante quam declararet dictam quantitatem. Dynus in l. si quis arbitratu. de verbor. obligat. vbi examinat an possit conferri in arbitrium alterius.

Quid si plures arbitri ferant diuisim sententiam per interualla, Alberi in l. si in tres. ff. de arbit.

An petens reductionem ad arbitrium boni viri, & obtinens p̃ parte, & p̃ parte nõ, cadat in pœnã. Bal. in l. eos. §. inter. C. de app. Bal. in l. fi. C. de arbi.

An arbiter vel iudex possit testificari de gestis coram se. Bal. in l. ne in arb. C. de arbi. distinguit, & ibi Cynus.

An pœna adiecta in primo compromisso videatur tacite adiecta in secundo. Bal. l. in his. §. vxor. ff. sol. mat.

An cũ compromissum ex pirauit, quod semel fuit factum, iterum cogatur de nouo compromitti. Bald. quod sic in l. si quis ex argentarijs. §. hæc uox. ff. de eden.

An ex sententia arbitri transferatur dominium, vel impediatur translatio dominij? Bal. in l. traditionibus. C. de pac. Inno. in c. Raynaldus. de testa. & no. in l. filius fa. §. diui. de leg. 1. Contrarium notauit Inno. in c. fi. de accu. Alberic. in l. ea lege. de condictio. ob cau. & Bal. ibidem. & l. fi. de rebus alienis non alienan. & l. fi. §. coram. de leg.

Nota quod prorogatio quę fit per arbitros partibus absentibus, debet eis notificari. Bal. in l. eos. §. apostolos. C. de appel.

Si sunt electi duo arbitri cum pœna, deinde iudex dat tertium, qui tertius pronunciat cum uno ex illis duobus, si illi sententiæ non pareatur, an pœna committatur. Bal. in l. prima. C. de his quę pœnę nomi.

An laudum arbitratoris possit ratificari antequam feratur. Bal. quod non in l. super rebus. de contrahen. emptio. tamen limitando dictum suum, ut supra not.

Nota quod arbitramenta non sunt transactiones, sed sunt declarationes transactionis, sed compromissum est transactio, Bal. in l. iurisiuran. C. de iureiurand.

Vsque ad quantam quantitatem possit auferri per arbitrum, not. in gl. inst. de contrahen. emp. §. pretium. & Bar. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Domi. Segnorolus in l. si quis arbitratu. de uerbo. oblig.

Nota quod si est data potestas arbitro procedendi de iure & de facto, quod videtur data licentia de iure tantum decidendi, Bald. in l. qui procurator. rem. ff. de procura.

Quis debeat probare in reductione ad arbitrium boni uiri? Dic quod ille qui dicit iniquum, Alberic. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Ioan. Andr. in Specul. de arbitro. & Barto. in l. si quis cum aliter. ff. de uerbo. obligatio.

Si factum est compromissum uigore statuti, & finita sit instantia, an de nouo cogatur compromitti? Bald. quod sic, quia non videtur satisfactum statuto, in l. fideicommissa. §. penulti. de leg. 3. & l. si quis ex argentarijs. §. hęc uox. ff. de eden.

Si unus ex compromittentibus ueniat contra arbitramenta, & sic incidat in pœnam, & alius postea contraueniat, an unus petat pœnam ab altero? Albe. in l. cũ par. §. illi. de reg. iu. & l. cũ proponas. la 2. de pac. & l. si quis. de trã fact. & l. apud Celsum. §. Labeo de dol. exceptio. & c. frustra. de reg. iur. lib. 6. in gl. fac. Bal. in l. semel mora. ff. solu. matri.

Nota ca. 2. de arbitris, lib. 6. non seruatur in foro seculari non subiecto tẽporali ecclesiæ. gl. in eo. c. super ver. ciuilis.

Nota dictum cap. 2. habere locum solum quando sunt simpliciter electi: secus si adest clausula, Vos vel alius vestrum, uel clausula; quod si non omnes, &c. glos. eod. capitul. super. versicul. electis: quo casu quando adest clausula prima aduertendum est secundum Bartol. an ambo incipiunt simul cognoscere, & non posset alter sine altero sententiare. Barto. in l. sed is ita, seu in l. pedius. in fin ff. de arbitris. pro quo etiam videtur glos. in l. non distinguemus. §. cum in plures. ff. de arbitr. ad quod facit text. in capitul. cum in plures. de offic. delegat. libro sexto. & glos. in l. Pomponius si vni. ff. de reiudica.

Ioan. And. titul. de arbitro. §. 1. versicul. arbitrator. dicit, quod inquantum assumitur arbitrator super lite, dici potest transactio vel compositio, quia aditur non ut iudicet, sed ut partes pacificet: sed eius laudũ non habet uim transactionis propriæ. sed ut ab alio initæ. quod not. quia per hoc non ob. si dicatur, si laudum habet vim transactionis non possunt partes ab illo recedere etiam vbi modum excedat: sicut non possent à transactione: potest tamen dici transactio hoc respectu, quia laudum & compromissum in arbitratorem fit de re dubia. sicut transactio, ut dicit glos. de arbitr. capitulo, exposita. in glos. secunda. hæc ponit Anto. de Butrio in c. Quintauallis. de iureiur. in versi. secunda differentia.

In l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictionib. dicit Bart. notabilem rationem hic ponitam, quia nulla necessitate &c. ex qua habes, quod si quis cogitur compromittere ex forma statuti committitur stipulatio, quia ex necessitate fecit.

Quod pro laudo arbitratoris præsumitur secundum Dynum in quodam consilio, quod incipit, Ptolemeus, & ideo determinauit quod in causa reductionis ad arbitrium boni viri probatio iniquitatis incumbit petẽti. ita recitat & tenet Bal. in l. si de meis. §. recepisse. ad finem. ff. de arbit.

Vt laudum seruetur non potest arbitrator apponere nouam pœnam extra compromissum. per rex. in ratione sui, in l. quid tamen. §. fi. ff. de arb. & ideo dicit Bar. quod non debet pronuntiari per modum pœnæ, sed per modum sortis, hoc modo, Condemno te in centum, saluo quod si dederis infra mensem quinquaginta, sis totaliter liberatus. & ita practicatur Florentiæ. lex tamen videtur dicere q̃ ẽt in casu isto maior summa censeatur loco pœnæ, & videtur inserta in fraudem pœnę. ff. de solutionibus. l. qui res. §. mihi Romæ aut Ephesi.

Item istud laudum est conditionale, non secundum naturam iuris partis, & ideo non videtur valere, vt in ca. Raynaldus. vt s. in §. precedenti: tamẽ contrarium seruatur.

a ¶De iurisdictione omnium Iudicum.[3] Rubrica.

Iurisdictio quid sit.

ADDITIO.

a Huius tituli nigrum Azo tractat in Summa huius titu. C. & Roff. titulo secundo & tertio: actor potuit ab his haurire, exceptis quæ de iure canonico posuit. & quęstionem, quę tractatur sub uersicul. quę autem. Pileus in rubrica de delegato causarum. in princip. diffinit iurisdictionem, & aliquid de materia prosequitur. Et scias, q̃ ex practicis, quos auctor in procœmio nominauit, solus Io. de Deo posuit hanc rubricã, & est Cauil. vltima quarti libri.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionum alia ordinaria, alia delegata: vel alia est plena, alia semiplena, & earum diffinitio.*

2 *Iudicum ordinariorum notanda est duplex distinctio.*

3 *Admissum intra centesimum milliare, ad præfectum urbi pertinet.*

Præfectus